



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

**Gaudium Orbis Universi. Sive Lætitia Generis Humani.
Augustissima Cælestium, Terrestrium, & Infernorum
Regina, Deipara Virgo, Maria, Ex Qua Per Benedictum
Fructum Ventris Ejus Post tot Myriades ...**

Schmucker, Mathias

Glacii, 1689


urn:nbn:de:hbz:466:1-38142





Th. 2947.

IV.
Stt.










GAUDIUM
ET
LACRIMÆ
ORBIS UNIVERSI,
IN
TRES PARTES
ET
LIBROS V.

distributa,

OMNIBUS
Deum Timentibus,
Deiparum Amantibus,
Seriam Salutis suæ curam gerentibus,
Futura prospicientibus,
Æterna meditantibus.

dono. oblata p. Kloppeburg
M. DC. LXXXIX. 51.

Collegii Sociis Jesu paderborna
1697.



GAUDIUM
ORBIS UNIVERSI.

S. German.
orat. de Na-
tiv. V. M.

Sive
LÆTITIA GENERIS HUMANI.

S. Ephrem.
in laud. Vir.
M. Apoll. in
Traged.
Christus Pa-
tiens.

AUGUSTISSIMA

Cælestium, Terrestrium, & Infernorum

S. Bonav. in
specul. Mar.
Lect. 3.

REGINA,

DEIPARA VIRGO,

MARIA,

EX QUA

PER BENEDICTUM FRUCTUM
VENTRIS EJUS

Post tot Myriades Annorum, post tot SS. PP. Vota,
Desideria, Suspiria, Gemitus, & Lacrymas,

AFFLICTO GENERI HUMANO,
RISUM FECIT DOMINUS,

Genes. 22.

Et Gaudium attulit universo Mundo,
sacro & pervetusto Ecclesie Hymno

SALVE REGINA,

DEVOTA PANEGYRI,

IN MARIANAM GLORIAM

CONCINNATO,

IN ODAS DUODECIM DISTRIBUTO.

SALUTATA ET CELEBRATA


A P. MATHIA SCHMUKER,

Soc. IESU Sacerdote.

Anno Domini, M. DC. LXXXV.


GLACII,

Ex Officina ANDREÆ FRANC. pegen,





SALVE REGINA
MATER MISERICORDIÆ



ILLUSTRISSIMO DOMINO
DOMINO

GEORGIO ADAMO
FRANCISCO,

Sac: Rom: Imp:

Comiti de GASSIN
& ROSENBERG,

Domino Hæreditario in Wossnick Polon:
Neukirch, Freystat, Zierova, Zackerau, Kat.
scher, & Bosanowitz.

Sac: Cæs: Majestatis

CONSILIARIO, ACTUALI
CAMERARIO, &c.

Et

Serenissimi ac Reverendissimi Principis,
ac Domini, Domini

FRANCISCI LUDOVICI,
Episcopi Wratislaviensis, Comitis Palatini
Rheni, Bavarix, Silesix, Clivix, ac Montium Ducis, Co-
mitis Valdenzæ, Sponheimii, Marchix, Ravenspergæ,
& Mörfax, Domini in Ravenstein, &c.

SUPREMI PER SUPERIOREM ET IN-
FERIOREM SILESIAM CAPITANEI, SUPREMO AU-
LÆ PRÆFACTO, ET DUCATUUM OPPOLIENSI-
UM ET RATIBORIENSIVM MERITIS-
SIMO IUDICI, &c. &c.

Hocopusculum dicat, dedicatq;

Devotissimus & humillimus in Christo

Servus

Matthias Schmucker, S. J.



FACULTAS
R. P. Provincialis Soc. JESU
Per Provinciam Bohemæ.

Cum Librum, qui inscribitur: GAU-
DIUM ORBIS UNIVERSI
â P. Mathia Schmuker, nostræ So-
cietatis Sacerdote conscriptum, plures
ejusdem Societatis Sacerdotes recogno-
verint, ac in lucem edi posse judicave-
rint: potestate à Patre Nostro CAROLO
de NOYELLE Præposito Generali ad id
mihi data, facultatem concedo, ut typis
mandetur. In quorum fidem has lite-
ras, manu mea subscriptas, & Sigillo of-
ficii mei munitas dedi. Pragæ 10. Apri-
lis Anno 1685.

(L. S.)

Bartholomæus Christelius.

P R A E F A T I O

A D

M A R I A N U M
L E C T O R E M.

F Re futurum, ac pænè etiam necessariùm judi-
cavi ut, quod ignorant fortassis plurimi, sacri
hujus Cantici mysterium, ortum, progressum,
authorem & auctorem exponam; & quantum à SS.
PP, æstimatione, cultu, veneratione & autoritate com-
mendatum; quantum ab hæreticorum in Virginem san-
ctissimam frendentium rabie impugnatum, ab AntiMa-
rianorum quorundam Deiparæ infestorum dentibus ar-
rosorum, à superbis, antiqui serpentis, calcaneo Virgineo
semper insidiantis, Satellitibus vellicatum, mutilatum,
immutatum, decimatum per summum nefas fuerit, au-
thoritate magni in Ecclesia Viri, sanctitatis & doctrinæ
fama eximii, defensoris catholicæ fidei egregii, hæreti-
corum, pro tuenda DEI gloria & fidei incremento, im-
pugnatoris acerrimi, Deiparæ Virginis Zelotæ ferven-
tissimi, Hymni hujus MARIANI propugnatoris do-
ctissimi ac fortissimi (a) Petri Canisii S. J. fusiùs, de-
clarem & demonstrum. Ea est, quam subnecto, Viri,
omni exceptione majoris parasymeiosis eruditissima.
Non satis visum est nostris & Ecclesiæ inimicis. si de so-

A 3 lem-

(a) Petr. Canisius lib. 5. de Deip: Virg: cap. 13. mihi fol. 616. &c.

lemnibus titulis MARIÆ tributis publicam querimoniam instituerent, nisi speciatim hoc etiam canticum *SALVE REGINA*, quod in Ecclesia decantatur, hostiliter impeterent, suisq; scriptis vulgò infamarent. (b) Wilhelmus Bidenbacchius & Lucas Osiander, ne sint parùm proceces, impium & insalutare hoc canticum vocant. (c) Quodsi Jacobo Heerbrando credere fas est, quotidiana & planè idololatrica MARIÆ adoratio, quæ in omnibus templis Papisticis exercetur, ejusdem Cantici verbis, scilicet, continetur. Tam pulchrè isti sub Magistro suo Luthero profecerunt, qui, ut probet in MARIÆ honorem nimis profundè itum esse, hoc ipsum Canticum, velut manifestum veteris vanitatis argumentum, in medium profert. Immodica enim neferenda hæc esse putat encomia, quòd Deiparæ accinamus. *Salve Regina misericordiæ, vita, dulcedo & Spes nostra.* (d) Quis quæso, inquit, hoc commodè interpretabitur, quòd sit *vita nostra, dulcedo, spes?* Nonne hoc est Christi gloriæ detrahere? quòd Creaturæ tribuimus ea, quæ Dei sunt, eique soli competunt? Ubi rursus Luthero Calvinus adstipulatur, ac hujusmodi fictitios titulos, ac inania figmenta videri vult, quibus temerè MARIAM ornemus. (e) Accedit his Mathias Rodt, Lutheri discipulus & Lindaviensis Minister, qui ut bonas horas malè collocet, suùmque populum Lindaviensem à MARIÆ laudatione & cultu magis ac magis abalienet, dictum Canticum integro & viru-

(b) Contra Theses Dilingæ disputatas. (c) In disput: de hæreticis, an sint puniendi. (d) In Evang. de festo Nativ. Mariæ. (e) In cap. 1. Luc.

virulento scripto convellendum , multisque modis de-
pravandum jam pridem suscepit. Verùm (f) Geor-
gius Tornoander insulsi hominis calumnias jam dudum
detexit, doctâque refutatione contrivit : & in eadem
arena cum laude pugnarunt (g) Augustinus Aveldia-
nus, (h) Caspar Schatzgerus, aliique nonnulli,

Ingens profectò adversariorum est arrogantia ,
qui, quidquid ipsis non arridet, id statim mutandum
ac abolendum censent, atque ex aliorum insectatione,
veterùmque rituum contemptu, sibi, ac suæ sectæ lau-
dem stultissimè captant, tantòque supercilio Majores
nostros, quamlibet pios, ac sapientes ob ejusdem Cantici
receptum usum tùm impietatis, tùm blasphemix audent
atrociter insimulare. Quantò autem rectius hæc no-
ta in ipsos competit, qui cùm Catholicam religionem
tanquam veterem togam exuerunt, magistri mendaces
facti sunt, per quos veritatis via blasphematur, sicut
Petrus Apostolus (i) de talibus sub mundi finem fu-
turis disertè prædixit, qui & sectas perditionis, novam-
que religionem essent introducturi. Primùm igitur,
quidquid hoc est cantici, in formam aliam transmutarunt,
Christo tributis epithetis, quæ ad MARIAM antea
referebantur, nimirùm ut boni reformatores in defor-
manda Ecclesia hoc etiam specimen ederent. Deindè
quoniam pigebat & tædebat eos cum Catholicis aliquid
habere commune, tanquam impium & blasphemum
idem Canticum omni ex parte repudiarunt, ac probris
A 4 gravif-

(f) In Apolo. pro defend. Cant. Salve Regina. (g) In assert. Avel-
dia : contra impios Deip. obmurmurat. (h) Lib. de Sanctor. impio-
rat. (i) 2. Petr. 2.

gravissimis contaminarunt. An verò quisquam, nili blasphemus & impius, tantum crimen Universæ impingat Ecclesiæ, quantum illi prorsus effrontes impingere non erubescunt. Verùm nos de Cantici hujus origine & approbatione dicere aggredimur. Anni sunt quingenti & amplius, quòd Henricus II. Germanicum Imperium administraret, sub quo Vir generis Nobilitate, nec doctrinæ solùm, sed etiam sanctitatis præstantia illustris Comes de Veringen Hermannus Contractus Germanus floruit; idémque dicitur author Cantici *SALVE REGINA*, ut indicant etiam Centuriatores. (k) Quamquam ex aliis & vetustioribus Ecclesiæ Scriptoribus, liquidò percipi potest, *MARIAM* similibus, ac etiam præstantioribus, quàm in hoc ipso Cantico comprehensis præconiis; jam olim salutatam, ac publicè decoratam esse, nihil ut novi adferat, quisquis demùm hoc Canticum primus, intra sexcentos annos, aut condidit aut evulgavit. Quod sanè priusquam in usum tot Ecclesiarum induceretur, à doctis examinatum, atque approbatum haud dubiè fuit, ut certò constaret, omnis & impietatis & blasphemix hic abesse notam, & quidquid in eo contineretur, *DEO* & *MARIÆ* gratum, Christianisque hominibus frugiferum esse. (l) Nec defuere postea viri, tum eruditi, tum sapientes, qui Canticum idem jam solenne factum explanarint, aliisq; commendarint, sicut & ille commentarius, quem Bernardi operibus insertum habemus, aperte declarat. (m) Tum vetus & apud Spirenses celebris testatur

(k) centur: 11. cap. 10, (l) Serm. de Salve Regina. (m) Lib. 12. Chronicor. de ea Urbe Spircnsi.

testatur historia, quæ à Guilhelmo Eysengreinio, re-
rum Spirensium scriptore fide digno, repetita est, - cu-
jus etiam non obscura vestigia Spiræ commonstrantur :
testatur, inquam, Bernardum Claravallensem Abbatem,
qui tunc Apóstolicum Legatum ad Germanos missum
agebat, cùm Spirensis Urbem fortè peteret, à Clero
& populo reverenter exceptum, atque ad primariam
ædem Deiparæ sacram, quæ adhuc exstat, honorificè
deductum esse, refertissimâ hominum turbâ, in qua Rex
Conradus primas tenuit, illum solenniter prosequente.
Tanta visendi Bernardi inerat omnibus cupiditas, de
cujus clarissimis frequentissimisque miraculis & insigni
sanctimonia, tota ferè Germania & Gallia obstupescibat.
Quo tempore sub ingressum templi, cantatum est *Salve*
Regina, Bernardo genua flectente, & concinente, *O*
Clemens, *O pia*, *O dulcis MARIA*, singulari etiam
miraculo, ut veteres narrant annales, accedente. Nam
ut meminit Guilielmus Gumpfenberg, Societatis Jesu,
de miraculosa Icone Spirensi. (n) Vix hymnum absol-
verat sanctus, cùm erectus in pedes, per longum Basilicæ
fornicem progreditur, atque ter in genua, distinctis aptè
intervallis, provolutus addit verba cantico nova, *O Cle-*
mens, *O pia*, *O dulcis Virgo Maria*, audiente ingenti
populi multitudine, & sanctitatem hominis ipsâ majo-
rem famâ, demirante. Sub hæc Vox ab imagine Vir-
ginis (cujus statuam benè grandem, jam ab ipsa usque
porta, in ara summa prospiciens, solemni hoc Hermanni
Contracti hymno, *Salve Regina* salutaverat) audita est,
quæ

A 5

(n) Guiliel: Gumpfenberg : S. J.

quæ salutantem Bernardum , salutaret in hæc verba,
SALVE BERNARDE. Ut novum non esset Ber-
nardo, audire Virginem sibi loquentem, novum tamen
erat, audire tot, qui tunc aderant, testibus omni excepti-
one majoribus, qui & certa inde sanctitatis indicia pro-
mebant, & negotiis, quæ vir ad commune bonum tra-
ctaturus advenerat, finem quem ipse optaret, prospici-
ebant. Et respondit eventus. Etenim cum Regi Ro-
manorum, cæterisque Imperii Principibus cum fide nar-
rata sunt, quæ contigerunt, non difficulter paci, quam
suadebat Bernardus, dedere manus; sed & ipsi Ber-
nardo, qui junctos in ipsam usque Turciam, vel ductu-
rus vel missurus erat. Etenim cruce ab illo accepta,
nemo non fuit, qui non in Turcas iret, vel certè ære
suo alium sibi sufficeret. Tantam rem, ne ventura abo-
leret vetustas, pluribus modis caverunt Majores; nam
& verba hæc cantico addita sunt, hodièque per Eccle-
siam permanent, & ipsis in vestigiis, ubi dicta à sancto
sunt, metallo in marmore, plastes scripsit, & debitus
statuæ cultus datus, quo in hæc usque tempora, nullo
non die, horâ post meridiem quartâ, solenne illud *SAL-
VE REGINA*, cantatur, populi Catholici pietate, in
hanc usque diem non imminuta. Certè discipuli Gym-
nasii Societatis JESU, quotquot sunt, nullam tam gra-
vem causam habent, quæ abesse permittat, & absentem
justè excuset. Imperator præ aliis, Monasterium Ber-
nardo quàm primùm condidit. Imperatorem sequuti
Principes, Comitèsque certatim paria promissere, ac præ-
stitere. Ita MARIÆ cultus per Bernardum, ejusque
alum-

alumnos in Germania incrementum accepit. Ipse Cle-
 rus metro poëtico historiam officio Divino inseruit, ut
 res posteris religiosa permaneret. Tantùm potest in
 perpetua tempora vox Virginis una. Si tantam voci
 Tuæ virtutem dat Deus O MARIA, loquere sapiùs
 O Clemens, O pia, O dulcis Virgo MARIA! quia
 habes qui audiant & obaudiant. Hanc narrationem è
 MS. antiquo Episcoporum Spirensium excerpfit R. P.
 Gerardus Hansen, Provinc. Rheni sup. ubi Episcopus
 Sigefridus, sub quo hæc contigere, dicitur mortuus
 1142. 23. Septembr. præsentè adhuc in Urbe S. Bernar-
 do. Verba autem quæ in Ecclesia canuntur, ut ait Au-
 thor MS, sunt hæc:

*Nardus in Spira spiravit,
 Sensit hoc Virginea
 Stans Imago, salutavit
 Hanc voce fæminea.
 O quàm letè tunc gustavit
 Cælesti de vinea!*

Quis igitur hujus Cantici, tanto prodigio comprobati,
 tantopere à S. Bernardo dilecti, diversis sermonibus ab
 eodem laudati, & explanati, sanctitatem, pretiùmque
 non æstimet, non veneretur, non colat? Nunquam San-
 ctus Præful tot votis, tot laudibus, tot encomiis cele-
 brasset, & per tam elegantes paræneses commendasset,
 nisi cælesti quodam afflatus spiritu, divinum quidpiam
 ei inesse, & spirare cognovisset. (o) Intelligebat certè
 Bernar-

(o) Petr. Canisus ut sup.

Bernardus, homo minimè supersticiosus, & ad miraculum usque doctus, nihil in hoc Canticò inesse, quod impietatem saperet, vel correctione, & severa censurâ, nedum damnatione indigeret. Hoc certò constat plurimos toto Orbe perquàm Sapientes, & doctos repertos esse, qui magno consensu dignum & justum esse judicaverint, ut idem Canticum in Ecclesiam reciperetur, & publicè decantaretur, piisque cæremoniis cohonestaretur, & bonis demùm omnibus comprobaretur, quod nullus quidem alicujus nominis ante hanc nostram ætatem, tot sæculis oppugnavit. Inter alios verò, scriptor vetus, (p) nec imperitus scientiâ (multi Bernardum ipsum esse autumant) hoc ipsum Canticum multis nominibus extollit, atque ab omnibus extollendum censet, quod nempe, à Sanctis compositum, à Sanctis institutum, à Sanctis dignè frequentandum, ad gratiam suave, ad sensum fecundum, ad mysteria profundum; quòd & affectum mulceat, & de sensuum ubertate, mentem impinguet, & ad Matrem Domini honorandam intimas animi medullas majorem in modum inflammet: cujus quidem carminis difficile sit referare Sacramentum, & sensum, virtutémque assequi, quod non nisi à verè religiosis sanctâque affectione ferventibus subtiliter intelligi, & efficaciter decantari possit. Nihil autem moramur, si hoc boni & religiosi Viri judicium rideant Novatores, quùm illi alia multò sacratoria, cùm cantica, tum mysteria præ sua nimia prudentia ridere soleant, & quidquid propemodum Ecclesiæ autoritate sancitum

(p) S. Bernardus serm. v. sup. Salve, folio mihi 1734.

tum atque confirmatum est, id petulanter mordeant ac rideant. Cæterum, ut non solum infirmis (qui fortasse hujus ratione Cantici offenduntur) sed malevolis etiam consulamus, principio Ecclesiæ vitio verti non debet, quòd **MARIA** tùm Christi Domini, tùm etiam suam quodammodò Matrem reverenter salutat, & salutando Evangelicum simul & Angelicum officium præstat. Quàm salutandi rationem non modò Latina, sed Græca etiam Ecclesia tot sæculis diligenter observat, imò & Syri, quorum lingua vernacula & popularis Christo, ejusque Matri fuisse dicitur, in sacris & pervetustis codicibus habent expressam, hodièque diligenter observant. Unde inter alia sic dicere solent: *Salve nobis Genitrix DEI: Salve Mater Lucis: Salve quæ similis es rubo quem vidit Moyses: Salve nubes velox, de qua dixit Isaias gloriosus: Salve arca testamenti. Salve obediens: Salve plena gratiæ: Salve quia ex te natum est VERBUM ÆTERNUM PATRIS: Salve gestatrix Vitæ & Lætiæ Mundi.* Sic & Ecclesia Græca apud S. Joan. Damascenum, (9) *Salve Lucerna, Lucè totum Mundum illustrante præfulgens, & illustrior facibus solis: Salve Spes desperatorum & afflicti Generis Nostri Refocillatio! Salve illustrissimum, & summi omnium Regis Palatium! Salve Mons opulentissime de quo Redemptor processit! Salve divina & peramabilis Lampas, cui Verbum Divinum instar lucis inclusum! Salve Ignee throne! Cui addo S. Germanum Patri-*

(9) S. Joannes Damascenus ex Men: 15. Jan. in vesp. de S. Paulo Thebæo.

Patriarcham Constantinopolitanum. (r) *Salutationem Tibi Angelicam, inquit, O Virgo, omnes incorporeæ legiones, item chori Patriarcharum, Prophetæ, Apostoli, unâque Divinæ Religionis Antistites, Venerandi præterea Martyres; item reliquæ stationes Sanctorum, & denique agmina justorum universa decantant. Ac iterum, & aliàs, sæpius S. Damascenus. (s) Salve Astrum Solis imagine splendidum! Salve omnium amœnitatum origo; Salve ex qua Immortalitatis effloruit spica! Salve vehiculum Numinis! Salve porta per quam prodiit lux, omnia illuminans! Salve O nostræ maledictionis primigeniæ Dissipatrix! Salve, quæ bona nobis omnia conciliare perseveras. Non sum nescius, me quoque hac nostra tempestate per hæc mea, MAGNÆ DOMINÆ & REGINÆ, cantata in hoc hymno Elogii, paucis placitum, atque iis maximè antimarianis Stomachum in mei contemptum aut contumeliam moturum, qui venerationem, pietatem, cultumque Deiparæ à devotis Mariophilis Clientibus frequenter exhibitum, tanquam nimium & indebitum insectantur, & MONITA SALUTARIA B. V. MARIÆ AD CULTORES SUOS INDISCRETOS, cujusdam anonymi (l. C.º) nimium de se præsumentis, & in Deiparam delinquentis, in fine tamen vitæ errorem suum agnoscentis, deplorantis, & cum pœnitentia revocantis; cui illud Richardi à S. Laurentio apprimè conveniat: (t) Circa MARIAM defecerunt multi, scrutantes indiscreto scrutinio; qui cum tenebrosi essent, præ-*

(r) Ex Men: 18. Jan: in Vesperis de SS. Athanasio & Cyrillo.
 (s) S. Damasc: ex Menæis ut sup. (t) lib. 2. de Deip.

præsumptionem in Matrem Luminis, cum suis tenebris impegerunt; & idè per MARIAM obstructum est os loquentium iniqua: nimius enim scrutator Majestatis ejus opprimetur à gloria:) perperàm edita, & ab Hispana Inquisitione confixa & igni tradita temerè & superciliosè approbant; & ut S. Doctor Hipponensis Præsul in libro Confess. (u) loquitur *buccis typho crepantibus*, laudant, commendant, cum pertinacia & scandalo proborum virorum tuentur, & sub splendido prætextu Zeli honoris divini acriter errores, impii, in Deiparam calumniatoris propugnant & defendunt; quin & *MARIANI CULTUS VINDICIAS* in hunc Mariomastigen, à R. P. Maximiliano Reichenberger, SS. Theologiæ Doctore, & per complures annos in Universitate Prageni celeberrimo Professore, eruditè & nervosè compositas, ab Hispanis Inquisitoribus & Doctoribus censuratas, gloriosè approbatas, & miris encomiis commendatas, contemnunt, subsannant, proscindunt, vana scientiæ opinione elati, superbi, arrogantes, sui que periculi ignari, nescientes in experti, angelum tenebrarum, sapius angelum lucis mentiri, & sub formosissima pietatis specie, impiissima quæque suadere, docere, persuaderè que commenta & dogmata, incautos in turpissimos fidei errores, & nonnunquam abominandas hæreses, supremamque salutis perniciem deducere. Venenum nectareo succo dilutum, gustu non discernitur, mortifero in medullis sæviente furore, noxiè sentitur, ac serò nimium malo in supremam calamitatem festinante, damnatur, deploratur.

Ama

(u) S. August. l. 4. conf. cap. 6.

Amarissimam mortem, dulci melle, diluit, Stygius ille Myropola, & latentem pestem, saporis suavitate condit, *Ut solet*, ait Nazianzenus, (w) *lethale poculum mellis dulcedine temperatum, suavitate fallente perimere, sic & hoc malum (hæresis) per blandimenta aurium audientium sensus, quadam labe contaminans, contagione adherentes inficit: & quo sanctiore apparatu, verborumque religione, vaserrima pestis occulitur, & personata virtus commendatur, tantò nocentiore impostura virus latens insinuat, persuadetur, imbibitur, facilisque rudiorum animi, pietatis opinione delusi, occupantur, persuadentur, indurantur. Plus longè nocet falsus catholicus, ait S. Bernardus, (x) quàm si verus appareat hæreticus.* Talium operâ in suas fraudes minimè suspectorum, juratus Virginis hostis uti consuevit, & tanquam comicos & eximie instructos satellites expedire satagit. Ea nempe callidi serpentis, odio liventis, irâ furentis, exquisitissima est astutia, ut specioso honoris divini, tuendi, propagandi & conservandi patrocínio, cultum, invocationem, & gloriam Deiparæ, securius impugnet, fidentiùs carpat, speciosius minuat, ac tandem gloriosius exterminet, per excultos nequitix suæ ministros antimarianos, quos superbiâ suâ, ambitioneque occupavit, scientiâ inflatos dementavit, eruditionis fastu supra vulgus arrogantes extulit, proprii judicii fascino induravit, & supra omnes sapere & intelligere persuasit. Sic Orbis pestis, juratus Ecclesiæ hostis, **MARIÆ** Virginis impudentissimus calumpnia

(w) S. Greg. Nazian. lib. de fide, (x) S. Bernardus serm. supra Cantic.

tor & persecutor, ut tantæ Matris honorem minueret, eò superbiæ suæ dementiâ delapsus est Lutherus, ut sine fronte, homo sacrilegus se Matri Dei æquipararet, & palàm pronuntiaret. (y) *Nos tam sancti sumus ac MARIA, ac alij sancti, quantumcunque magni sint, si tantummodò credamus.* Potuítne stultiozem arrogantiam, aut magis blasphemam insaniam, superbissimus, ab Inferis redux Lucifer aut confingere aut effutire? Quid audacius? quid improbius, quid magis sacrilegum, quàm Magnæ Deiparenti se patrem facere? Idem Lutherus, (z) qui abjecto Monachismo, ut immanem Ecclesiæ hostem, & furiosum sectariorum antesignanum, nostro sæculo se præberet, sicut alia multa religionis veteris pia instituta præ se superbè contempsit, ac repudiavit, sic & adversus MARIÆ cultum, & venerationem, nefarium bellum indixit Ecclesiæ, quod ad vitæ suæ finem usque, collectis undique copiis hostiliter est persecutus. (aa) Quare ut seditiosis discipulis quasi facem ad Marianum bellum præferret, palàm ita vociferatur. *Monachi nostri perditissimo Gnatonismo in mulierum gratiam MARIAM in hoc honoris fastigium collocarunt, & immodicè laudes ejus deprædicarunt. Nonne hoc est Christi gloriæ detrahere, quòd creaturæ tribuimus ea, quæ D E I sunt, eique soli competunt? Volumus ei etiam titulum gratiosæ Domine tribuere, nec invidere honorem, quo eam Deus dignatus est: Verùm ut ex ea Deam quandam & Idolum faciamus,*

B hoc

(y) M. Luther, Postill. Eccl. Wittenberg. per Luftt impress. 1584. in Nat. B. V. M. fol. 40. (z) P. Petr. Canisius lib. 5. de Deip. V. M. cap. undec. (aa) Luther, in Postilla circa Evang. de festo Annunc. B. V. M.

hoc non placet. At isti eam super omnes Choros Angelorum evexerunt, & sic ipsius gloriam diminutiorē reddiderunt, quæ maxima impietas est. Et rursus, ut splendidè porrò mentiatur: (bb) *Papistæ*, inquit, *Virginem Matrem MARIAM Deam constituunt, omnipotentiam ei in cælo & in terra attribuunt, quasi hæc ipsius propria sint.* Eiusdem vanitatis vox illa: in papatu omnes se ad *MARIAM* contulerunt, & plus favoris & gratiæ ab ea spectarunt, quàm à Christo ipso. Adèd non pudet Lutherum, quidquid mala mens ipsi suggerit, ad veterem proscindendam Ecclesiam, cui capitale bellum indixerat, rabiosè, falsòque conferre. Ac plures id genus flosculos, sed malè olentes alibi spargit, ut omnibus persuadeat, in *MARIÆ* honore nimis profundè itum esse. Pari impudentia, à Lutheri Magistri sui latere non discedens Melanthon loquitur, utpote palàm in nos Catholicos, invehens, quòd *MARIÆ* Deiparæ nimium tribuamus. (cc) *Res loquitur ipsa*, inquit, quòd publica persuasione Beata Virgo prorsus in locum Christi successerit. Hanc invocarunt homines, hujus misericordiæ confisi sunt; per hanc voluerunt placare Christum, quasi is non esset propitiator, sed tantum horrendus iudex & ultor. Atque hæc cum Theseo suo Lutherus satis quidem impudenter. Neque ab his dissentit virulentus Ecclesiæ hostis Calvinus, qui tam longum post se satellitium hodie ducit, atque hoc venenatum telum in Catholicos vibrat: *Eò progressus est venæ Janus furor, ut Christi propemodum nudati spoliis, eam*

(bb) Idem in Postilla circa Evangel. de fest. Annunc. B. V. M.

(cc) In Apologia confessionis,

ornarint: quasi verò quantum illi honoris debeatur, nisi
 Dea fiat: aut hoc illi sit honorificum, sacrilegis titulis
 ornatam in Christi locum subrogari. Atrocem ergò illi
MARIÆ injuriam faciunt, quando, ut mentis eam
 laudibus deforment, DEO eripiunt, quod suum est. In
 quo, amabo! ab his nefariis Ecclesiæ hostibus & hære-
 siarchis, distingvuntur Marianorum encomiorum nostri
 temporis adversarii? nisi quòd ejusdem blasphemias
 & calumnias, paulò rectoribus, & ad stibiam suam
 modestiam, & comptioribus ad palliandam vafritiem ver-
 bis, non tamen dispari sensu repetant, grandiloqui in fa-
 stum suum *Zelotæ CONTRA INDISCRETOS* (sic
 illi per ambitionem suam loquuntur) *B. V. MARIÆ*
CULTORES, ut diminuto, aut penitus eliminato
 Deiparæ cultu, solam DEI gloriam, honorémque hy-
 pocritica pietate satagunt, ignari, aut expertinacia intel-
 ligere recusantes, cultum Matris DEI, in ejus Filium,
 & omnimodum DEI (quemadmodum ex SS. PP. sen-
 su, effatis & autoritate, in sequentibus clariùs demon-
 strabo) Majestatem, gloriam & honorem vergere & pro-
 pagari. Sic antimariani isti egregiam suæ sententiæ,
 falsissimæque opinionis, antonomasticè, Doctorem Mar-
 tinum Lutherum, nacti sunt, cujus autoritate fultri, se-
 curè in Clientes Marianos, linguas & calamos impuden-
 ter exerere, & audacter acuere possunt. Sed obsecro!
 quid elatissimæ mentis hominem Lutherum (ut alios com-
 plures ejusdem farinae apostatas & hæreticos impestores
 taceam) eò insanix deduxit, ut cum authore omnis
 mendacii, superbix Primipilo, omniumque hæresum
 Doctore, Virginis hoste infensissimo diabolo, dicere

præsumeret, in cælum ascendam, super altitudinem nubium, & similis ero Matri DEI & sanctis, quantumcunque magnis, & rarâ meritorum excellentiâ eminentibus? Quid ut Bestia illa (dd) (Rhodani fugiens à litore monstrum, quod infausto excepit ripa Lemana sinu) Calvinus aperiret os suum in blasphemias in Deum, blasphemare nomen ejus, & Tabernaculum ejus (ee) (hoc enim nomine Deipara MARIA, à SS. PP. insignitur) & eos qui in cælo habitant? Quid nisi superbissima propriæ eruditionis, & exaggerata doctrinæ scientiæque suæ æstimatio, quâ elati, non tantum supra pares suorum temporum eruditissimos Viros, sed supra Ecclesiæ Doctores se sapere vanissimè crediderunt? Lutherus, quo homine nihil arrogantius unquam fuit, de se affirmare & jactare ausus, dixit; (ff) *Ego nihil curo, etiamsi mille Augustini, mille Cypriani, mille Ecclesiæ contra me starent.* Prò superbi quanta præsumptio! Quanta in mulieroso & vinolento apostata jactantia! O abominandam ambitiosissimi Thrasonis superbiam! O execrabilem impudentiam, tanta Ecclesiæ columina & lumina contemnere præsumentis! Hæc enim verò est illa tot malorum parens superbia, quæ Ecclesiæ pacem quietemque turbavit; hæc hæresum virulentam pestem induxit; hæc mortiferum antiquis serpentis semen in tot millium animarum ruinam dispersit; hæc quæ unitatem fidei erroribus suis distraxit & dissecuit, sic restante eruditissimo Tertulliano, (gg) *omnes hæretici tument*

omni

(dd) Apoc: 13. (ee) Jacob. Biderman. Heroid, Ep. 1. 3. Ep. 2. hæretici grassant. (ff) Luther: in minore Postilla E, una de Vill. B. V. M. Excursus de illius Nativitate. (gg) Tertull: de Præscriptis

omnes scientiam pollicentur. Sic & D. Hieronymus :
(bb) Quis hæreticorum non in superbiam extollitur ? His
 accedit Hipponensis Præsul: *(ii)* diversis locis, inquit,
 sunt diversæ, sed una Mater superbia omnes hæreses ge-
 nuit: sicut una Mater nostra Catholica omnes Christia-
 nos fideles toto orbe diffusos. Hæc eadem sanctissimæ
 Dei Genitricis cultum convellere & infirmare, hæc Cli-
 entum illius pietatem perdere, hæc amorem & confu-
 gium ad ejus præsidium intercludere, & per suborna-
 tos quosdam elatæ scientiæ, ambitiososque, in sui po-
 tius, quàm honoris Divini, gloriam, propagatores,
 exterminare omni desudat diligentia. In similium, ex
 superbia compositam hypocrisin, & propriæ famæ ver-
 futos caudidos, accommodè S. Isidorus: *(kk)* Plerique
 acceptâ scientiâ litterarum, non ad DEI gloriam, sed ad
 suam laudem utuntur, dum de ipsa extolluntur, & ibi
 peccant, ubi peccata emendare debuerunt. Deus su-
 perbis resistit, sacrorum oraculorum effatum est, tot
 historiarum exemplis confirmatum. *(ll)* Quot, Deus
 immortalis! quot vidimus exactis sæculis, qui in fir-
 mamento Ecclesiæ Dei, veluti quidam soles radia-
 bant, eosdem tamen fœdissimè eclipsatos, quòd hu-
 militatis expertes, suis plus nimio adhærent illustra-
 tionibus & judiciis, quibus excæcati in misera præ-
 cipitia abierunt. Quot sapientes & doctrinâ illustres
 viros dementavit superbia? Quot eremi incolæ &
 Anachoretæ, qui imperabant naturæ, cicurabant leo-
 nes,

B 3

nes,

(bb) Hieron in cap: 1. Abdia. *(ii)* August: cap: 8. lib: de Past:
(kk) S. Isidorus l. 3 de sum. Bono. *(ll)* Henricus Maria Bou-
 don Opusculo: Solus Deus, Regula X.

nes, emovebant rupes, & suis operibus, admirandá-
 que vivendi ratione statum innocentiae æmulari vide-
 bantur; quot, inquam, tantæ sanctitatis Viri per de-
 fertam humilitatem naufragium fecerunt veritatis, &
 in detestandos errores, hæreses, æternamque damna-
 tionem inciderunt. Nihil ab eo expectandum est
 boni, dicere solebat sanctus Patriarcha Benedictus,
 qui verè non fuerit humilis corde. Humilitatem
 quam hæretici, schismatici, & alii id genus devii ho-
 mines præferunt, fictitia est: quâ, dum nihil eis con-
 tradicitur, & sibi ipsis malè blandiuntur, & oculis
 hominum inani pompa illudunt; in laudibus autem
 cordis fovent superbiam, dum putata sua lumina, er-
 roneamque doctrinam sanctis Ecclesiæ dogmatibus
 anteponunt. Detestanda omninò superbia: quæ eos
 armat ad pertinaciter oppugnandam veritatem, ad
 Ecclesiæ capitis, Pontificisque Decreta proculcanda,
 Et tamen eorum permulti diuturnis se macerabant
 jejuniis, vitam ducebant asperam & austeram, ut
 mundo omninò mortui viderentur: quare magnum
 faciebant ad suas sectas animarum accessum, quæ vir-
 tutis illusionem deceptæ, ut in primis Evangelii sæculis
 videre est, in devia rapiiebantur. Sic quoque Ano-
 nymus Mario-massix cùm antimarianis suis, sub san-
 ctissimæ Deiparæ apostrophe sua, **MONITA SA-
 LUTARIA B. V. MARIÆ AD CULTORES
 SUOS INDISCRETOS**, ita speciosè, ita religiosè,
 ita in solius Dei honorem studiosè composita & ad exi-
 mium quendam singularis sanctitatis splendorem zelosè
 exornata proponit, ut ineruditus & facilè credulis, fu-
 cum

cum nimii cultus, imponat, persuadeatque, gloriam
 Divinæ Majestatis, exotica Deiparæ veneratione nimi-
 um quantum minui & deperdi. Sed personata hæc cor-
 nicula, speciosis veterum hæreticorum plumis stipata
 & exornata, voce sua se, de vitiosiore graculorum, Dei-
 param infestantium progenie nepotem, prodit, & unde
 tam splendor blasphemias & calumnias, in Deiparam
 & Deiparæ Clientes, collectas composuerit, sinistro
 in Divam Virginem affectu nimium in odia prædomi-
 nante, manifestat. Hujus autem, & huic similibus,
 nimiam ex fastu arrogantium sapientiam, dignâ, nisi
 tempori sapiant sanius, quâ MARIÆ, hostes solet, cor-
 ronâ, præmiabit æternitas. Verum non est hic pro-
 positi, nec consilii, nec arbitrii mei, superbæ antima-
 rianorum insolentiæ, temeritatique clypeum opponere,
 nec in eorum scabie, ulceribusque unguis meos cru-
 entare, neque calamum in eorundem studiosè quæritâ,
 & cum voluptate palpatâ, pertinacia, calloque obrun-
 dere, sed *Læsa Majestati Cælorum Regina Deiparæ*
 MARIÆ, causam & vindictam committere, cum, san-
 ctissimo Psalmographo Marianorum encomiorum te-
 ste Bonaventura, (mm) *qui dignè coluerit MARIAM,*
justificabitur: qui autem neglexerit illam, morietur in
peccatis suis. Et qui habuerit characterem nominis ejus,
annotabitur in libro vitæ. Ego interim (liceat mihi
 O sanctissima Mater & Virgo, cum sancto Mariophilo
 Doctore Bonaventura amplius loqui) (nn) *Zelatus*
sum amorem Tuum & gloriam: ideò defendas causam

B 4

means

(mm) S. Bonavent: Pf: Mar: 116. v. 3. (nn) Idem Pf: 91. v. 3.

meam ante iudicem seculorum. (oo) Libera me de manu adversariorum meorum: confunde ingenia & conatus eorum contra me. (pp) Exurge Domina, & iudica causam nostram: & ab insurgentibus in nos libera nos. (qq) Exurgat MARIA, & dissipentur inimici eius: conterantur omnes sub pedibus eius. (rr) Ostende potentiam Tuam contra inimicos nostros, ut sanctificeris in nationibus procul. (ss) Contere caput inimicorum nostrorum pede insuperabilis virtutis Tue. (tt) In ira flammæ suæ mergantur in infernum, & qui conturbant servos Tuos, inveniunt perditionem. (uu) Laudem tuam cantet omnis Ecclesia sanctorum, nam Te decet laus, Te decet imperium, Tibi virtus & gloria in secula seculorum. (uu) Cantet cœtus Parthenius servorum Tuorum (è quorum numero minimus sum ego, qui Tibi SALVE cano, canamque dum vivam) encomia Tua per totum Orbem Terrarum! Cum his O Domina mea! benedicam Te Dominam meam in omni tempore, & non deficiet laus Tua in ore meo. (xx) Et quantumvis indignissimus sim & vilissimus, (yy) Tu tamen Domina laudem meam non despexeris, & hunc tibi dedicatum hymnum digneris acceptare, quo Tibi soli, nulli alteri, in hac lacrimarum valle, ambitiosè, placere cupio, ut in Te, per Te, ex Te, laudetur, glorificetur, exaltetur Filius Tuus, per quem exaltata es, (zz) & Regina mundi es, deducta ad thronum gloriæ, & ab eo, ab

(oo) Idem, Psal: 100. v. 3. (pp) Id: Psal: 129. v. 3. (qq) Idem, Psal: 91. v. 4. (rr) Id: Psal: 67. v. 1. (ss) Id: Psal: 69. v. 3. (tt) Id: Psal: 119. v. 3. (uu) Id: Psal: 69. v. 4. Id: sup: hymn: Ambros: Id: Psal: 33. v. 1. Id: Psal: 108. v. 1. (xx) Idem, Psal: 108. (yy) Idem, Ibid. (zz) S. Bernard: serm. de Ass.

eo, ab quam placido vultu, quam serena facie, quam
 diuinis amplexibus suscepta & super omnem exaltata
 creaturam, cum eo honore, quo tanta Mater digna fuit:
 cum ea gloria, quæ tantum decuit filium. (a) Delecta-
 mini igitur in laudibus illius, omnes MARIÆ cultui
 & laudibus devoti clientes, exaudiet illa petitiones cor-
 dis vestri: exaudiet, quin (b) & omnibus in laudes il-
 lius effusis, animæ salutem largietur Filius ejus, & (c)
 Matris cultores, usque ad lumen suæ Divinitatis exal-
 tabit. Idoneus (d) igitur, hortante S. Germano Pa-
 triarcha, Canticis tubas inflemus: quippe de cælo pro-
 spiciens Univerforum Regina, suarum laudum declama-
 tores benedictionibus coronat. Concurrant cum Regibus
 Principes, atque huic Reginæ applaudant in hymnis, ut
 quæ talem peperit Regem, qui dominatu mortis oppressos,
 perbenevolâ humanitate sua, libertati restituit. Nos
 quoque Pastores atque Magistri, Istam boni Pastoris In-
 violatissimam Procreatricem concordæ cœtu laudemus:
 dicamûsque eum Joanne Euchaïta, (e) Te tanquam
 amabile Cunctorum mortalium Decus, celebramus uni-
 versi, hymnis cantandis, in unum veluti labium, unân-
 que vocem collecti. Quare O Palatium Verbi; nos qui-
 dem viles, sed tamen Tuos, ad cæleste regnum admitte,
 ut perennibus jubilis, æternum Tibi in gloria cantemus
 SALVE REGINA.

B 5

Atque

(a) S. Bonav. Psal. 35. v. 3. (b) S. Joseph. Confess. ex Men. Græc. 3. Jan. in Matur. precib. Ode 5. ex Baptitmo Christi in Hirno seu Tractu. (c) Ex Men. 16. Jan. Ode 5. Canon. Primi de Cathed. S. Petr. in claus. (d) Ex Men: Græc: 30. Jan: in Vesp: de SS. Basilio, Gregorio Theol: & Joann: Chrysoft. (e) Ex Men: 30. Jan: Ode 1. Canonis 1. de SS. Basil. Greg. & Chrysoft. in claus. Item in Vesp. de iisd: sanctis.

Atque hæc satis ad præsentis cantici cognitionem, hoc loco dicta, fore existimo. Qui plura contra infensos Marianorum laudum hostes, vel adversarios, in Virginis patrocinium desiderat, consulat P. Petri Canisii de Deip. Virgine MARIA lib. 5. c. 13. ubi enucleatius omnes totius Cantici titulos contra omnium hæresiarcharum & antimarianorum impudētissimas blasphemias, & calumnias sapientissimis argumentis, Ecclesiæ & SS. Patrum autoritate, probat, & evincit. Neminem certè tam effrontem, aut malitiosè pertinacem Catholicum arbitror, qui Dei Matrem agnoscens, id ei honoris, qui tantam Matrem decus non tribuat, cum & Terrenorum Regum Matribus nec titulis nec encomia, nec præconia desint, nec ritus eis denegetur cultus nec veneratio. Quod si honoris ergò, saltem amoris gratiâ, Deiparam his claris titulis, quos illi publicè tribuit Ecclesia, comparare decebat, quum & vulgi more passim receptum esse constet, ut homines personam insigniter amatam suam decus, suam spem, suam vitam, vocent. Quantò nos rectius id genus nomina, quæ ineptis profanis amoribus & affectibus exprimendis, aptantur, ad illam, vel unicè, vel maximè benedictam Virginem transferimus, quam Filii Dei, ut suam Matrem & Reginam, de toto humano genere optimè mentem ritam, & usque merentem, non solum agnoscunt, & que suspiciunt, sed etiam castissimis animis amplectuntur, atque cum singulari gaudio exosculantur, igitur Magnæ Dominæ, Potentissimæ Reginæ,

(f) P. Canisius ut sup: mihi, fol. 66r.

mirabilis Dei Parentis, Mariophile Cultor, humanif-
 aissime Lector; age inquam, tecumque omnes *Mortales*
 verſi ſic enim te, tecumque Univerſos Deiparæ & Eccle-
 ſiæ genuinos filios Clientesque, cum magno DEI,
 MARIÆque honoris Zelote (g) Henrico Maria
 Boudon, alloqui placet) Diligite MARIAM, quæ
 ſummè amat, & ſummè eſt amabilis, & ſanctiſſi-
 ſſima inter ſanctos: amate EAM, quæ ſemper fuit obje-
 ctum ſua viſſimæ Dei complacentiæ: amate EAM, quam
 Deus ſemper, & ſuper omnes creaturas amavit: ama-
 te EAM, quæ ſua innocentia ÆTERNUM VER-
 BUM è ſinu Patris in puriſſima ſua & Virginea viſce-
 ribus detraxit: amate EAM, quæ eſt delitium ſanctiſ-
 ſimæ Trinitatis, gaudium Beatorum, purorum omni-
 ſim, ſanctorumque cordium amor: amate EAM, quæ
 eſt Regina virtutum, miraculum gratiarum, ornamen-
 tum gloriæ, abyſſus perfectorum, atque omnis Majeſta-
 tis: amate EAM, quæ nunquam ſatis amari poteſt.
 Quidquid agamus, ſemper amor erit meritum minor. So-
 lus Deus eſt, qui EJUS merita ſuo amore poteſt adæ-
 ptuare. Cum igitur ILLA DEI amorem rapuerit, non
 debet eſſe anima, quæ EAM non amat, EJUSque
 diſſectum, & potiſſimum protectionem non ambiat: a-
 mæ enim pariter ſe amantes, ſic enim ipſam apud ſa-
 pientem loquitur, (b) Ego diligentes me, diligo: & qui
 diligunt me, diligunt me. Ego Mater pul-
 cræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ
 Aeternæ. In me gratia omnis vitæ & veritatis. Transi-
 te ad

(g) Henr: Maria Boudon: Tract: ſolus Deus Praxi V. (h) Para-
 bol: Salom: c. 8, & 9. Eccleſiaſt: 24.

te ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus
 meis implemini: Spiritus enim meus super mel dulcis
 & hereditas mea, super mel & favum. (i) Beatus
 homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quod
 tidie, & observat ad postes ostij mei, qui me inven-
 rit, inveniet vitam, & hauriet salutem à Domino
 qui autem in me peccaverit, lædet animam suam. Omnes
 qui me oderunt, diligunt mortem. Vis ergo
 vivere, ama **M A R I A M.**
 Vive & Vale.

(i) Parabol: Salom, ut suprâ.



PA

PARS PRIMA.

LIBER PRIMUS.

CANTICUM MARIANUM
SALVE REGINA,

Augustissimæ Cælorum Terrarumque

REGINÆ,

Stellis duodecim coronatæ,

Duodecim Odis metricis

Stellato MARIÆ diademati
consecratis.

Concinnatum & Cantatum.

Salve Regina,

Ode I.

1.
O Vota cordis aurea!
 O aureos amores!
 Quis Te sonante barbyto
 Chely, Lyræque Virgo
 Celebrare Vates incitor
 Sacro repletus igne,
 Tuæ disertus gloriæ
 Laudique Nominique.

2.
 Cantare mens est Virgini,
 Huc barbytum choraules,
 Amoris urget impetus
 Aptate fila Musæ!
 Si chorda desit, pectus hoc
 Nervos, dabitque chordas,
 Et venulæ testudini
 Inservient canenti.

3.
 Magnæ Parentis Nomini
 Stat insonare carmen,
 Afflate numen pectini
 Hyantiæ sorores;
 Hoc Phœbe pectus entheo
 Inebria furore!
 Tu Nazarena flexilem
 Adverte Mater aurem.

4.
 Sed ah! quid amens improbam
 Vilémque tento cannam!

Quid insolenter Delphicam
 Mando, biboque laurum
 Agrestis audet Delium
 Arcas movere plectrum,
 Lyræque blennus unguâ
 Doctas ferire chordas?

5.
 Audet MARIÆ cælicas
 Infans, rudisque laudes
 Blæso ciere carminis
 Choragio Poëta?
 Cui Phœbus ipse Pastor est
 Vili strepens avenâ,
 Cui se fatentur impares
 Parnassides Camænæ.

6.
 Amusa Musa musico
 Est imperita nervo,
 Vultumque pallet anxia,
 Et rusticam fatetur
 Thalia se Poëtriam,
 Laurique quærit umbram
 Abditque tectam Phocidos
 Testudinem sub antro.

7.
 Fons Castilis nil enthei
 Scaturit, & propinat
 Liquoris, instar gurgitis,
 Aut fluminis MARIÆ.

Cum turget æquor gloriæ
Pontusque gratiarum,
Nil gutta confert dotium
Torrentibus Tuarum.

8.

Ex ore Nata prodiens (a)
Altissimi Puella,
Semel loquens omnia
VERBO creantis UNO
VERBI PARENs, cujus me-

los

Cum vox sonat columba, (b)
Omnes silent Cælestium,
Terrestriumque voces.

9.

Elinguis est Facundia,
Et infiderta Pallas,
Collis biceps silentio
Plus Caucaſi laborat,
Loquente Cælo dulcius
Quid muta Terra tentet?
Buxus procul Silenia,
Et arundo fit Menalcæ.

10.

Æbur remugit Orphei,
Linique chorda ſtridet,
Amphionisque barbyrus,
Arionisque plectrum,
Caucó ſonant discrimine
Et obloquantur odæ,
Arere ſila pollicis
Et pectini reculant.

(a) Eccli. 24. (b) Cant. 2.

11.

Si cælites Acredulæ
Et Alites choraulæ
Sunt impares, ut Virgini
Tantæ canant triumphos,
Quid pippiat pascerculus,
Fritinniatque Progne,
Cum ſit Phonaſcis omnibus
Auguſtior MARIA?

12.

Ergo rigens, & arida
Nullo liquore penna,
Cum torpeat, nec urgeat
Sacro calore vena,
Preſſoque vox ſilentio
Humana conticere
Cogatur, & mutescere
Vox, lingua, penna, ple-
ctrum.

13.

Reſolvo chordas: angulo
Teſtudinem repono,
Cytharæq; promptæ cantibus
Soluta ſila laxo;
Caſtigo vota: dexteram
Reſtringo prurientem,
Humi ſtrepens non ambiat
Sublimiora pecten.

14.

Admitte tantis imparem
Et frigidum, MARIA

Encoꝝ

Encomiaſten laudibus,
Aſt ſupplicem Clientem,
Ut pronus ore, nomine
Te proprio ſalutet,
REGINA! Mater annuis?
Aurémque pandis? ergo

15.

REGINA SALVE: machina
Cui tota ſervit Orbis,
Cui ſervus Æther ſternitur,
Et Stelleæ cohortes,
Turmæ micantes ſiderum
Fixæque, mobilésque
Negotioſæ geltiunt
Lunare ſervitutem.

16.

Quid Penthe - quæris glo-
riam
Amazonum - Silea?
Quid imperare conjuge
Semiramis Sepulto!
Syros licet Zenobia
Sceptro regat, premátque,
Regina nulla dicier
Præ Te poteſt **MARIA!**

17.

Regina Tomiris audiat
Scythis potens ſubactis,
Cleopatra jaçtet purpuram,
Ægyptiúmque luxum,
Et ſub coronæ vinculum
Arabes, Syrosque cogat;

(e) Iſai: 11.

Hæc ſceptra quid? quid pur-
puræ
Ad Regiam **MARIÆ?**

18.

Valete vanæ Principes!
Amazones valete!
REGINA SALVE cælitum
Et Orbis Imperatrix,
Ter centies, ter millies
REGINA VIRGO SALVE
Omnes faceſſant cæteræ
Tu ſola **VIRGO SALVE.**

19.

Illime cujus mentium
Genus pedes adorat,
Suppléxque, veſtis auream
Exoſculatur oram,
Sceptro & coronæ Sub-
tum
Se ſternit ad tribunal,
Tuum ad tribunal gratiæ
Manſueta **Virgo SALVE.**

20.

REGINA SALVE! floridi
Amæna Chloris horti,
JESSÆA RADIX FLOS
LUM

Quæ germinavit Orbi.
De ſtirpe florem Virgine
In Nazareth roſeto,
Cum flore fructum, per
Mortalium ſaluti.

21.

21.

Zephyritis *auræ filia*
Divinioris UNA,
Tot inter UNA filias
Et UNA sola sponsas,
Electa, digna dicier
 Magni Parens Tonantis,
 Dei thronus, cui Trinitas
 Infedit *UNA, SALVE!*

22.

Integritatis Clusia (d)
Aperta porta nulli,
 TER SANCTA PORTA, lu.
minis

Solireclusa SOLI,
 SOLI Deo PATULCIA
Quam transiens migravit
 Pulsurus, ad nos, fonticas
 Mortalitatibus UMBRAS.

23.

Aurora lucis Prodroma,
 Noctisque fulminatrix,
 Et Memnonis Puerpera
 Illuminantis Orbem,
 Orci tenebris horridum
 Nigrâque nocte tectum,
 REGINA SALVE LUMINIS
 EOS QUE GRATIARUM.

24.

REGINA servientium
 Sublimis Angelorum,
 Cantata mille laudibus
 Et Alitum choragis,

(d) Ezech: 44.

Quam mille nube penfiles
 Ephebuli coronant,
 Salamandræ Amoris æmuli,
 Et cœlites Pyraustæ.

25.

Te Patriarchæ Principem
 Flexo genu salutant,
 Te sacra *vatum* numina,
 Et enthei *Propheta,*
 Mundi Patres *Apostoli*
 Dius Senatus Orbis,
 Jugicanunt certamine,
 REGINA VIRGO SALVE.

26.

Et purpuratus *Martyrum*
 Exercitus Monarcham,
 Te confitentur exedræ
 (*Sacri Sophi*) *Magistræ,*
 Te liliatæ *Virginum*
 Candens chorus, columbæ,
 Æthérque totus insonat
 REGINA VIRGO SALVE.

27.

REGINA MATER GRATIÆ
 Miserumque DIVA SALVE!
 DULCEDO, VITA, NOSTRA
 SPES,
 SALUS, CHARIS QUE,
 SALVE!

Ab Exulis nunc vocibus
 REGINA VIRGO SALVE!
 Donec beatioribus
 Te in patriâ salutem.

C

Mater

Mater Misericordiæ,

ODE II.

<p>1. Tuis quod ardet ignibus Cor, pectus & medullæ, Succendit ardor cælicus, Flammæque Nazarenæ Pro follibus suspiria Inserviunt amanti, O Virgo ne despexeris Te diligentis æstus.</p>	<p>Adrepat è fædissimo Job faucius fimeo, 4. En plenus ut pædoribus Sanièque ploret Irus? Ut membra sterquilino Volvat sepulta Codrus? Ut corpus omne verminet, Atróque pure stillet Gravémque spiret naribus Eumæus hic mephytim?</p>
<p>2. Hic æstus est tenerrimi Perennitas amoris, Sed est & effusissimi Impendium doloris : Amoris, ut Te filio Præstes, benigna, Matrem, Doloris, ut tot vulnerum Chirurgæ (a) fismeorum.</p>	<p>5. Ego ille sum Probatice Solymæus æger oræ? (c) Bis quindecim sub porticu Quatuórque bis per annu Egenus omnis auxilij Motum salubris undæ Exspecto : ni Tu dexteram Virgo (peribo) præstes!</p>
<p>3. Ad Te cadaver putidum Fractæque larva vitæ, Multo notatus ulcere Se Lazarus reclinat; (b) Ad Te, medelam publicæ Et Pharmacum salutis,</p>	<p>6. Ego ille sum Decem virum Et unus, & remotus, Stans eminüs, quem criminat Procul esse lepra jussit, Inll</p>

(a) Ærumnarum Domina & spiritualis Chirurgæ; Hymn: Græc
 (b) Luc: 16, (c) Joann: 5, (d) Luc: 17,

Instar pruinae candicans
Nivisque . totus ulcus,
Miserere David filia
Syntectici Maria.

7.

Ego ille sum, superbiae
Quem turpis inflat hy-
drops,

Distentus instar tympani
Utrisque, folliumque,
Cui membra, fastu turgida
Auftrisque vanitatis,

Et gloriae vaporibus
Rigent, tumenteque ventis.

8.

Ego ille sum Viarius (e)
Natus parente caecus,
Cui culpa clausit lumina
Et bina frontis astra
Eclipsis astra criminum
Velavit, & tenebris,
Solem salutis sustulit,
Lumenque gratiarum.

9.

Nec destitutum lumine
Sat est dolere noctem, (f)
Quin muta lingua vinculis
Et his tenentur aures,
Qui claudit has, & hanc tenet
Est inquilinus hostis,
Fomes mali felicitas,
Opes, caro, Cupido.

(e) Joann: 9. (f) Marc: 7.

10.

His vapulo licitoribus
His torqueor tyrannis,
Diroque mentem spiritu
Agitante, lancinante,
Auri sitis, phreneticis
Plutusque mergit undis,
Furorque flammis Cyprius
Convellit ossa Typhus.

11.

Absente vitae lumine
Nox ingruit sepulcri,
Æger Galeni dexterâ
Et arte destitutus,
Ad Æaci prætorium,
Minois ad tribunal,
Et ad Charontis evolat
Naulum daturus, amnem.

12.

Suum Bethana Lazarum
Sic Martha, Magdalisque
Absente Christo perdidit
Et intulit sepulcro,
Hunc lacrimæ, suspiria,
Et clamor infrementis
De linteis, & institis
Vox excitat Magistri.

13.

Non una morbi fæditas
Non una vis veneni.

C a

Sed

Sed occupavit ilias
 Horrenda me dolorum,
A planta ad usque verticem, (g)
 (Hæc sunt talenta culpæ)
 Nulla fuit in me sanitas,
 Sed plaga, livor, ulcus.

14.

Meo, sepultus, criminum
 Pædore verminabam,
 Et Tænari jam pabulum
 Pulvis forem, cinisque,
 Ni Tu miserta funeris
 Cadaverisque Virgo
Quatriduanum Lazarum (h)
A morte suscitasses.

15.

Ego cæsus à latronibus
 Spoliatus, & theristiro (i)
 Exutus innocentia
 Et faucibus cruenta
 Relictus inter vulnera,
 Plagasque purulentas,
 Cujus viator Presbyter,
 Levita nec misertus,

16.

Tu Virgo Vulneraria
 Medicaque semivivo
 Aderas, opemque languido,
 Et dexteram dedisti, (k)
Multo Lyaum vulnere
Oleumque Samaritis

Benigna fundens, gratiæ
 Et vita sanitatis.

17.

Fui latrina sordium
 Et ulcerum cloaca.
 Sentina fæda criminum
 Quæ sordeo meorum,
 Percussus à latronibus;
 Sed Virgo fauciato
 Ægroque semper perdito
Fidelis adfuiti.

18.

Mater secundi diceris.
 Et es Parens Adami
 Talem reatus Te meus
 Et culpa Virgo fecit,
 O culpa felix! quæ reis
 Talem dedit Parentem
Quæ cum Deum Puerperæ
Tulit, tulit salutem.

19.

Primi vigorem corporis
 Eva MARIA debes,
 Ab hac Tuæ substantiam
 Propaginis tulisti,
 Sed Eva debet millies.
Primæva plus secunda,
A qua secundum rettulit
Vitæ perennis ortum.

20.

Quæ prima Mundi Mater est;
Est facta bis Secunda,

(g) Esa: 1. (h) Joann: 11. (i) Luc: 10. (k) Luc: 10.

Ob gratias quas contulit
Mater secunda Prima,
Sic Prima dici veriùs
Ab hac potest secunda,
 Ut hæc secunda sanctius
 De jure Prima possit.

21.

Hinc illa tela mentium
 Gementium vibrantur,
 Amoris illa spicula
 Cordis rotata nervo,
 Ad ima tendunt pectoris,
 Et perforant medullas,
 Et vulnerant mucronibus
 Amoris & Doloris.

22.

O Virga cincta liliis
 Et vestium ligustris,
 Florum pruinis, & nive
 Albentium Rosarum,
 Cui casta byssus atria
 Thronumq; gemma vestit

Vita,

ODE III.

I.

O VITA, VERITAS, VIA! (a)
 Terrâ Parente, nata,
 O Virgo Mater, integri
 Et candidi Pudoris,

(a) Joann: 14.

Atros, at udos lacrimis
 Ne spreveris penates

23.

MARIA sueta candidis
 Inambulare Cygnis,
 Ne semper Innocentiæ
Albas fove columbas
 Quin & volucres Te nigra
 (Plebs invenusta) Corvi,
 Tuis disertis laudibus
 Sublimiùs celebrant.

24.

Super, canentes, æthera
 Alâ Cygni ministrâ
 Te subjugales evehant:
 Sublimiùs ferere
 Votis Tuorum Supplicum,
 Amantiùmque pennis,
 Quas, ah! & cheu! cordi-
 bus
 Amor, Dolorque junxit.

Cujus nitoris lilium
 Rosâmque Castitatis
 Nec vespa læsit Virginem,
 Nec ulla musca Florem.

C 3

2, Te

2.
Te Magna Matrem Parvitas,
 Mentisque servitudo,
 Et Parvitas dignitas,
 Et sanctitas Pudoris,
 Magni creavit Numinis
 Puerperamque, *carne*
Divinitatem vestiens,
 Humanitate VERBUM.

3.
Per Te revixit mortuum
 Putris cadaver Orbis,
 O VITA VITÆ! lacteo
 Liquore plena pectus,
 Quo nos peremptos recreas
 Foves, alis, Tuisque
 Nos lacte pastos Filij (b)
 Vis Mater esse Fratres.

4.
 O Diva supplicantibus
 Mitisque tota servis,
 Quæ vota nostra risibus,
 Annutibusque mulces.
 Et prona diligentibus
 Te, gratias propinas,
 Auramque præstas questibus,
 Et lacrymis Patronam.

5.
 O Omnium Viventium
 Fons, Vita, Spes, Salusque,
 Viden' ut Averni pertinax,
 Et pestilens venenum

(b) Cant: 8.

Irrepat Orbi, Cerberi
 Natum Trifaucis alvo,
 Rictuque fufum triplici
 Mortalium ruinæ?

6.
 Sudantis Hydræ toxicum
 Spumamque nausentis
 Sensere mortis hostiæ
 Tot funerum phalanges
 Provinciarum victimas
 Tot fecit UNA pestis,
 Hostilibus nocentior
 Fuente Marte plagis.

7.
 Quousque Mater sustines
 Fati furentis iras?
 Quousque fers tyrannidem
 Luemque sævientem?
 Vides acervos funerum,
 Cadaverumque moles,
 Urbesque plenas luctibus
 Ploratibusque campos.

8.
 Compefce sidus noxium
 Feraxque mortis astrum
 Lethi minantis Helperum
 Et Funebrem Cometam
 Accende pro funalibus,
 Tædæque funerali,
 Jubar Tuorum luminum,
 Solésque gratiarum.

9. Reti

9.

Retunde tetros aëris
Mutabilis vapores,
Extingue flammæ corporū,
Ignesque febrientū
Carbuncolorum toxica
Et ulcerum venena,
Omnemque pestem nubium
In Regna favientem.

10.

Sed & retunde prælia
In nos ruentis Orçi
Circumfremens undique
Instar Leonis offam (c)
Quærentis, alti sanguine
Pascique carne tauri,
Aut Tigris, haustus cui cruor
Humanus addit iras.

11.

In nos ruit Plutonia
Vis execranda Ditis,
Satellites Proserpinæ
Et Cerberi molossi,
Stygis furentis agmina
Exercitus Megæræ
Regisque grandes Tænari
Nos impetunt Tyranni.

12.

Septena belli fulmina
Bellantium Strategi,
Acies suas, & cornua
In nos aperta vertant,

(c) 1. Petr: *

Bellona Dux SUPERBIA
Se vultuosa primam,
Victoriis tot insolens
Offert, petitque ferro.

13.

Armata Cypris missiles
Agitat, vibratque flammæ,
Adversa lascivissimo
Incendit igne castra,
Telum venenis oblitum
Vesles jactat Cupido,
Quotquot ferit, tot vulnerat,
Et funerat sagittis.

14.

Furore Stridens Mars piter
Atræque bile frendens,
Crudelis instar belluæ
Sternit, secat, trucidat,
Fusæque spumans sanguine
Adhuc sitit cruorem,
Et stans super cadavera
Insultat IRA victis.

15.

Livor, peritus Funditor
Saxis ferire doctus,
Et cominûs dolonibus
Et eminûs sagittis,
Bellator audax arjete
Quassans, premensque mu-
ros,
Et Urbium repagula,
Vectes, serasque frangit.

C 4

16. Ad

16.
Ad arma! ad arma Thyrsiger
 Lyæus Æneator
 Vocat, feritque tympana
 Lituos, tubámque & æra
Temulentus hostis increpat
 Et incitat cohortes,
 Addit feroces Massico,
 Clámoribus calores.

17.
Volatiles Triarios,
 Scurras, Laverniones,
 Prædis *AVARUS* incubans
DUX expedit latrones,
 Graves rapinis, spartacos
 Sicários. *Achilles*,
 Astu Sinones perfidos,
 Et callidos *Ulysses*.

18.
 Uterum gerens *Acedia*
 Belli parit Tribunos,
 De qua velut de Tröio
 Miles cadit caballo:
 Hac Matre furgunt integræ
 Ad bella & arma turmæ,
 Hæc omnium puerpera
 Et Mater est malorum.

19.
 Hæc hostibus nocentior,
 Ipsisque peior armis,
 Inter cubans tentoria
 Quamvis inermis, omnem

Suo paratum dirigit
 Exercitum Senatu,
 Et præliorum Census est,
 Et Militum Magistra.

20.
 Pax nulla constat noctibus,
 Et nulla stat diebus,
 Insultibus, tumultibus,
 Armisque vellicamur,
 Non infrequenter cædimur,
 Victique mancipamur.
 Turpique cæsi prælio,
 Raptamur in triumphum.

21.
 At *Virgo* Tu quæ diceris
Acies benè ordinata, (d)
 Et *Turrium fortissima* (e)
Ancilibus Virorum,
Armisque cincta fortium
 Formidolosa Diti,
 Succurre præliantibus,
 Et robur adde bello.

22.
 Retunde vires hostium
 Superbiámque frange,
 Et insolentes Tænari
 Victorias Tyranni,
MARIA VICTRIX co
 tere,
 Et dissipa phalangas,
 Et sub Tuâ nos protege
 Armata Pallas, hastâ.

(d) Cant: 6. (e) Cant: 4.

En i
 P
 En u
 T
 Ut
 R
 Uta
 Pe
 Q
 Po
 Omn
 Or
 Felic
 Re
 Man
 M
 In ho
 Pa
 Vixit
 Na
 Nam
 Qu
 Gress
 Lu
 23.

23.

En inter ulnas Pusio
 Preces probat rogantis:
 En ut Parentem amabilis
 Te suaviatur Infans!
 Ut blandus offert osculum
 Reciprocumque gestit?
 Ut annuas Clientibus
 Petentibus salutem!

24.

Sic Te canemus (annue!)
 Et Filium canemus:
 In utriusque gloriam,
 Et gratias disertis,
 Panegyricumque Tullii,
 Et Eclogam Marones,
 Et sacra circum tempora
 Lunabimus corollas.

Dulcedo.

ODE IV.

1.

Quem Primus Orbis In-
 cola
 Possedit hospes hortum,
 Omnis fuit *DULCEDINIS*
 Origo, Nectarisque,
 Felicitatis Regia,
 Regnum beatitatis,
 Manans perenni flumine,
 Marisque gaudiorum.

2.

In hoc amantum nobile
 Par. Sponsa. Sponsus. ævum
 Vixisset optatissimum
Ni lava mens fuisset, (a)
 Nam quo manus, quo lumina
 Quocunque se ferebant,
 Gressu pedum vestigia,
 Luxus meros premebant.

3.

Fingi Status beator,
 Sed nec valebat esse,
 Hic ipsamet Felicitas
 Se se offerebat ultrò,
 Et basiabat Hospites
 Suos Beatitudo,
 Omni replens *DULCEDINE*
 Favore, sesamoque,

4.

Stillabat arbor balsamo
 Dulcisque petra melle,
 Sudabat UVA saccharum
 Et lacrimabat aurum,
 Aurum fluentis Nectaris
 Et Massici liquoris;
 Omnisque fructus musteo,
 Mulcebatur ora gustu.

C 5

5. Sed

(a) Virgil, l. 2, Æneid.

5.
Sed Dulcius, sed suavius,
Diviniusque Pomum,
Cum dapfiliis scientiæ
Fameret, Eva ramo,
Mendax Ceraſtes obtulit
Facturus ad palatum,
Malum propinans aureum
Nocentius veneno,

6.
Coſtæ recentis filla,
Parentis & Mariti,
Vetitiæ momordit arboris
Dulcemque Mortis eſcam,
Deditque Pomum compari
Noſtræ cibum ruinae:
Uterque mortem glutiit,
Malum omnium malorum.

7.
Sic Uvam acerbi palmitis (b
Edit, luitque acerbam
Parens amaritudinis
Quin ipſa amaritudo;
Adhuc ferunt & ſentiunt,
Et execrantur Uva (c
Dentes amaritudinem
In ore filiorum.

8.
Primæ Parentis toxicum, (d
Colocyntidæque Pomi,

Malique amaritudinem,
Et Noxi. mellis offam,
Sua abſtulit Dulcedine
Mater Suavitatis,
Mutans amaritudinem
Nomenque Matris Eva.

9.
Mellis favo quid dulcius? (e
Quid fortius leone?
Ex cujus ore prodiit
Mel omne gratiarum?
Et hunc, & illum protulit
Partu, deditque fructum
Ubi peperit Dulciſſimum (f
Cypri Maria Botrum.

10.
Facunda vitis, ubera (g
Cui ſunt gemella botri,
Botri feracis vineæ
Vinumque germinantis (h
Caſto pudore Virgines,
Sponſasque mitis Agni (i
Quæcunque quo ſunt ebræ
Celeſte carmen efflant. (k

11.
Senenſis illud Cathariſ,
Mechtildis & Brigittæ
Gertrudis & Thereſia
Avidis bibere labris,
Bibere mille millia
Agni cruore veſtes (l

(b) Ezech. 18. (c) Ibidem. (d) Deuter. 32. (e) Judic. 14. (f) Cant.
 (g) Cantic. 7. (h) Zach. 9. (i) Apocal. 21. (k) Apoc. 15. (l) Apo

Et lacte tin^{ta}, candidis
Circum stolis amicta.

12.

Qui Te, Tuique pectoris (m)
Orisque gutturisque
Sensit fragrantis halitum,
Expertus est odorem,
Mali suavem Punci
Et optimi liquoris,
Liquoris Uva Engaddica
Et Cyprij racemi.

13.

Vox dulcis instar floridi (n)
Et pullulantis Horti
Quem suavis auræ pervolat
Favonius fufurro;
Et labra difillantia (o)
Favum, rosasque miscent,
Et lingua rorem melleum (p)
Et lacteum propinat.

14.

Ros ille, quondam felleam
Et sentibus rigentem,
Viam paravit lacteam
Caloque liliatam,
Totoque sparsit æthere
Gemma, nivemq; florum,
Dulcis favi feracium
Et lactis & butyri.

15.

Hinc Natus ille Candidus, (q)
Rubicundus ille sponsus

Qui pastus inter lilia (r)
Lac edit, & butyrum (s)
Emmanuel de mellibus
Electus & cupitus,
Matri suæ charissimus
Et Unus, Unicûsque.

16.

Hic Matris hærens brachiis,
Quondam tonans, furénsq;
In his trifulca fulmina
Suasque fregit iras,
Dum pressa fuxit ubera
Dulcedinem Parentis,
Bibitque mansuetudinem,
Mel, Lacque totus Infans,

17.

Meliora quis non ubera (r)
Tua credat esse Vino?
Expertus Augustinus hæc,
Bernardus his potitus,
Dulcissimus, Suavissimus
Mellifluusque Præsul,
Hinc guttur illud lacteum
Et lingua plena melle.

18.

Hæc auream Chrysoftomi
Facundiam rigarunt,
Histua Cyrille, Gregori,
Anselme, penna vixit,
Istis Ephremi Virgines
Fluxere rore chartæ,

Cellen

(m Cant: 7. (n Cant: 2. & 4. (o Cant: 4. (p Cant: 4. (q Cant: 5.
(r Cant: 6. (s Isa: 7. (t Cant: 1.

Cellensis, his præconia,
Petrique Damiani.

19.

Ex his Aquinas cymbia
Bibit scientiarum,
Laurentius Justi-madet
Tali-nianus imbre, (u
Ambrosius, Lactantius
Richardus, Hugo, Victor,
Ignatius, Fulgentius
Germanus, Ildefonsus.

20.

Bona-rore totus diffluit,
Ventura Virginali:
Hoc Magna Mundi lumina,
Ecclesiæ Columnæ,
Encomiastæ Virginis,
Viri liquore pleni.
Mellis favos, lac, saccharum,
Rosasque sunt locuti.

21.

Tu mellis Hybla fertilis,
Hymettus es Maria!
Tu Campus uber floribus,
Claususque semper Hortus, (x
Engaddiane vinea
Tu, Natua Uva Cypræ

Cæli repleta nectare
Apumque facta rore,

22.

Tu malus inter frondea (y
Es Virgo ligna Silva,
Malus fragrans dulcissimo (z
Odore, flore, fructu,
Fructus suavis gutturi (aa)
Meoque dulcis ori
Tuus, superque Panicum,
Malumque dives auro.

23.

Ergo tuæ Dulcedinis
Dulcis memento Virgo,
Amara cum Mors ultimum
Absynthii culullum
Cum felle mixtum obtruf
Dicens: propino frater
Hic est calyx amystide
Exhauriendus unâ.

24.

Fac dulce mortis poculum
Et adde suavitatem,
De felleo fac melleam
Tui miserta servi,
Ut hoc amaritudinis
Sit cymbium Salutis,
Et fas sit ægro dicere
Dulcedo nostra, Salve.

(y) Diaffole. (z) Cant. 4. Cant. 1. Ibidem. (y) Cant. 2. (x) Cant.
(aa) Ibidem.

Et Spes nostra.

ODE V.

1.

Q Uæ fila Virgo dexterâ
Nostrique flamen ortûs
Magistra veritas, quæ maris
Tumultuantis iras.
Et vela ventis turgida,
Et fluctuum procellas,
Clavumque Virgo dirigis,
Et anchoram salutis.

2.

Errantium Dux mentium
SPES UNA gratiarum,
Cui me, meique labilem
Mentisque corporisque
Cymbam dicavi: da prius
Quam verrat illa portum,
Ut criminum reconditam
Exterminem Saburram.

3.

Suprema cum lux fulserit.
Forum, diemque Mundo
Dictura casus ultimum
Factumque, terminumque,
Heu quantus horror undique
Et terror imminebit;
Tremore tabescentibus
Arentibusque luctu? (a)

4.

Cum pallidum concusserit
Agon supremus Orbem,
Quassata Tellus contremet
Actura mox ruinam,
Et sol tenebras induet. (b)
Lunæque fax cruorem,
Nigræque cælum cyclade,
Et contegetur umbris.

5.

Torvis minaces vultibus
Candentis instar æris,
Flammante dirum firmate
In Aridam Cometæ,
Ceu fulgur actum fulmine
Ruent, facèsque fixas,
Et mobiles encausticâ
Raptas trahent ruinâ.

6.

Nubes pluent cadentibus
Igne ab axe flammis,
Cælum fluet torrentibus
Et igneis procellis,
Fluctusque volvet imbrium
Picisque Sulphurisque,
Aër flagrans incendiis
Totum cremabit Orbem.

7. Adde

(a) Luc: 21. (b) Luc: 21. Matth: 24.

7.
Addet caminus Vesbii
 Liparæque gurges æstus,
Globos Caphantus ignium,
 Ructabit Æthna rivos,
Incendiis incendia
 Flammas Chymæra flamas,
Iunget focos Vulcania
 Et ventilabra Lemnos.

8.
Tumultuantes Æoli
 (Vis bellicosa Venti)
Claustris solutis prælia
 Per aërem movebunt,
Pugnabit Eurus, Africo
 Contrariante fratri,
Baccis Notus tumentibus
 Caurum fugabit udus.

9.
Boream repellet Cæcias
 Vulturis hostis Austrum,
Auster resistet Balthico
 Inæstuans furori,
Et vorticosus omnia
 Turbabit ima summis
Turbo, feroces excitans
 Ardentis Orbis ignes,

10.
Non una Mundi portio
 Regiôque Natiôque,
Totius Orbis machina
 Cælum, solum, salumque,

Flagrabit: Ortus, Occiden
Septentrio, Merique,
Dies, suôque corruet
Tumulanda Terra buste

11.
Formido, pallor, tædium
 Et imago dira mortis,
Ipsaque morte sævior
 Mortis timor futuræ.
Instar tyranni sævient
 Mentésque lancinabunt
Cogentque vivos funerum
 Vi prævolare sortem.

12.
Heu quantus infaustissim
 Percellet horror aures
Tigres, Leones, pardali
 Irrugient, freméntque
Boabit aura murmure
 Tonitruisque cælum,
Fluctus feroces æquoris
 Immugient ruinæ.

13.
Quantus pavor præcordia
 Exulcerata verme
Rodente conscientiam,
 Mentémque sauciata
Angustiabit undique,
 Stringétque comprim
Terroribus, doloribus,
 Cælo, solóque partis

14.

Ut inter undas turbine
lactata nutat alga,
Et pressa fluctu mergitur
Reciprocante, canna,
Et rursus alternantibus
Euris, Notisque surgit.
Aut ventilatae martiis
Arundines procellis.

15.

Sic mens malorum praescia
Suaque gnara culpa,
Spretique noxa Naminis
Temptrixque Vita Legum,
Sudore vultum defluo
Horrebit & pavebit,
Serò nimis cum Trojis
Gemens, dolensque victis.

16.

Tunc jura summus ultima
Prator dari jubebit,
Tubaque clangent *SURGITE*
Quotquot latetis Umbrae!
Molli sepultae cespite
Aut marmorum cavernis,
Putri relicto linteo
AD JUDICEM, VENITE.

17.

Manes in auras *Surgite*
Ad Iudicis tribunal,
Magni coloni carceris
Et Orbis inquilini

Caelestis Aulae nuncius
AD JUS CITAT, VENI-
TE; (d
Dicam tenente Iudicis
Dextram, Themis sinistram.

18.

Huc evoluti carcerum
Et funerum latebris.
Mortis revulsa syndone
Et linteis sepulcri.
Scrobi relictis institis
Ad Iudicem *VENITE*,
De vermibus, bufonibus
Et aspidum sagina.

19.

Omnes adesse Circitor
Caelique Faecialis
Parere coget, buccina
Circumsonante Mundum,
Quos unda texit aequoris
Aut fluminum profunda.
Sintisque Terrae clausurant
Flammaeque concremarunt.

20.

Mox excitata funere
Cadmæa turba surget,
Coram statura iudice
Tremens pavensque culpa
Domesticæ non inscia,
Suique gnara probri,
Quam pungit histrix criminum,
Mens, tortor inquilinus.

21. Tunc

(d Veterum gnomo fuit semper Dice, semper Themis Joyi assidens
Dice vel Diga praeses indiciorum, Themis Justitiae.

21.

Tunc Orbis in Comitibus
Ad ultimum tribunal,
Et Univerſæ anafſin,
Fato ſtupente, carnis,
Mortis minacis ſpiculo
Arcuque diſſolato
Rediviva ſurgent corpora
Tubâ vocante Manes.

22.

Tunc cuncta motu concuti
Et impetu moveri,
Hiare clauſtra Manium
Criptæque funerales.
Suoque clauſus ceſpite
Pulvis, cinis que carnem,
Vivumque ſument omnia
Induta corpus oſſa.

23.

Par calva, calvæ, pulveri
Par pulvis: Oſſa ſervi
Regis que mixta, militis
Ducis que: Cræſus, Iruſ
Pari jacentes funere
Sed impari reſurgent:
Discrimen iſtud omnibus
Discrimen eſſe, nulli.

24.

Iriſ thronum Thaumantias
Altum datura Regi,
Seſe arcuabit æthere
Circum tonante cælo.

Tonitruis que nubium
Crepantium furore,
Tremente Terræ pondere
Et mugiente ponto,

25.

Tunc milliones Alitum
Exercitus que mille
Cæleſtium, labentium
Cadentis inſtar imbris
Nimbique terris aurei,
Nivis que, grandinis que
Ad Numinis præſentiam,
Et JURIS APPARATU

26.

Aſtræa tunc volumina
Et cordium tabellas
Annalium diaria
Grandæ que, FURA, Fall
Omnes que pandet indices
Actæ que menda vitæ,
Notis legenda grandibus
Inſcripta, literis que.

27.

Arcana clauſa mentium
Fient aperta Mundo,
Tunc vitreum cor oſtium
Laxabit & fenestram
Deſideratam pectore
Momi dicacis ore,
Speculum que ſient abdit
Cryſtallus omne pect

28.

Celare culpam nemini,
Noxas negare nulli,
Mens impiata crimine
Suique sors reatus
Sinet, sed ultro se ream
Sistet, fatebiturque
Nondum exprobrante iudice
Coacta, nec timore:

29.

Clamante Conscientiâ,
Urgente vi malorum,
Rodente pœnitidine
Noxasque vindicante,
Damnationis literam
Sententiâque sponte
Inle feret, se iudice,
Actore, Teste, fonte.

30.

Stabunt Tyranni pallidi
Et anxii Monarchæ,
Suam intuentes iudicem
Quem spreverant Magi-
strum,
Oculis vibrantem spicula
Et luminum sagittas,
Iraque iustæ fulmina
Nictusque quot, tot ictus.

31.

Ex ore flumen igneum (e
Zeli furentis ardor
Torrentis instar sæviet
Et obruet nocentes,

(e Dan: 7. (f Sapient: 5.

Involvet omnes flammeo
Vindex procella fluctu
Et *Utrionis* æquore
Cremante merget hostes.

32.

In perduelles induct
Bellator arma Zelus (f
Succinctus ensem, lanceam
Dextrâ vibrans, sinistra
Ancile inexpugnabile
Assumet æquitatem,
Caputque tectus casside
Pugnabit in rebelles.

33.

Quid tunc feroces Attilæ
Totilæque sanguisugæ?
Quid Juliani Casares?
Apostatæ Tyranni?
Truces, Nerones, bestia,
Cruoris helluones,
Busirides, Geryones
Stupore siderati?

34.

Quanto tremore febrient
Tunc Insulæ & tiaræ?
Plusquam rigore querceo
Tremant, ruentque mi-
træ,
Ducum galeri, Caesarum
Auro graves coronæ,
Regumque cum eudonibus
Pares cadent Amyntæ!

D

35. In-

35.
Immixta scipionibus
 Ligonibusque sceptris,
 Pedisque Peda, Pastoribus
 Profana, mixta sacris,
 Fascisque ruris fascibus,
 Securibus secures,
 Et purpuræ centonibus,
 Et syntheses abollis.

36.
 Quali suam *Philoxenus*
Vitelliusque vultu
 Marci, sues, Antonii,
 Crassi meri Charybdes,
 Bacchæa Connæ dolia
 Apicii gulones,
 Verres, ferent sententiam,
 SITITE & ESURITE.

37.
 Cristata quid superbia
 Suâque fronte major?
 Fastus tumens? quid Cæliæ
 Quid Phyllides Lycurgi?
 Quid Tullii Terentiæ,
 Briseides Achillis?
 Catullianæ Lesbiæ?
 Quid Publii Corinnæ?

38.
 Frontis nives, & purpura
 Oris, jubârque frontis
 Certabit umbris sepia
 Caliginisque noctis.
 Genis sedebit buxeus
 Luror, colorque mortis,

Vultus decor, formidinis
 Decoetus à pruina.

39.
 Helenæ, Cleopatrar, C
 thiaë,
 Formosa monstra form
 Monstris pares Æsopicis
 Aut inferi Megaris,
 Plutonis in carnario,
 Proserpinæ culinis
 Brevi, brevi focariæ
 Ad anthraces futuræ.

40.
 POMUM SUUM DISCO
 DIÆ
 PULCERRIMÆ DEARI
 Non arbitrandum judice
 Pastore purpurato,
 Ad Tantali bellaria
 Cogentur esurire,
 Torâque hiabunt impro
 Æternitate MALUM.

41.
 Formosa Mundi Numina
 Adonides, Batilli,
 Hylæ, Gyges, Adonides
 Paridésque, Castorés
 Phaones, Achylles, Al
 Narcissuli, Abfalones
 Omnes amoris exuent
 Veneres, Cupidinésque

42.
 Tot architecti criminum
 Tot Dædali malorum,

Tot p
 To
 Fidei
 Le
 Tot a
 Et
 Tot g
 Op
 Tot Et
 Cra
 Dites t
 Tot
 Quâ fr
 Patr
 tunc c
 Et co
 egiqu
 Et v
 remic
 Cera
 quâ m
 Et j
 tunc d
 Voc
 avit
 Abit
 aurit
 Plute
 (2

Tot præliorum Principes,
Tot Hæresum Magistri,
Fidei, Salutis, Numinis,
Legumque Proditores,
Tot æquitatis improbi
Et Veritatis hostes.

43.

Tot grandis auri præsidēs
Opumque conditores,
Tot Eucliones Lydii
Cræsi, Mydæque Condi-
tores tot Usurarii,
Tot æris harpagones
Quâ fronte stabunt? nemine
Patrocinate causæ?

44.

Tunc obrui se montibus,
Et collibus vovebunt.
Egrique petris Alpium
Et vallium cavernis,
remique mole Caucaſi
Cerauniisque mille,
Quam ferre vultum Numinis,
Et judicantis iras.

45.

Tunc devoventis audient
Vocemque fulminantis,
æviterna Tænari (h
Abite stagna, pestes,
aurite flammæ Tartari
Plutoniæ pyraustæ,

(g Osee 10. Luc. 23. (h Ibid.

Glutite fusæ congios
Picisque sulphurisque.

46.

Horrenda vox, faceſſere
Procul jubentis omnes,
Ad æviternos carceris,
Tremenda clauſtra, veſtes,
Migrare, quos vel unicus
Contaminavit error,
Mortique fecit mancipem
Stigique vapularem.

47.

Ab hoc Tonantis fulmine
Non eximetur ullus,
Interminandis ignibus
Firmum ſtat, atque fixum,
Claudi. cremari, conteri,
In ſcoriam liquari,
Rurſumque naſci pabulum
Picique sulphurique.

48.

Hæc pandet Orci cardines
Horrenda vox ABITE,
Æternitatis abditos
Reſerabit hæc abyſſos,
Ebulliet ſtyx vindices
Ardentis omnis undas,
Ultrôque vortex ignium
Involvēt unus omnes.

49.

Reſerata tellus unico
Glubet reos hiatu

D 2

Pan-

Pandetque fauces Tartari
Voraginesque claudent,
Creatasargent omnia
In hostium ultionem,
Armata iustas Numini
Natura junget iras.

50.

Peccator in se sentiet
Elementa cuncta ferri,
Orbem frementem surgere
Causam Dei tuentem,
Orcum Tyrannum fremere
Pœnasque postulantem;
Ridere cælum lacrimas,
Et exprobrare culpas.

51.

Pavoris hujus turbine
Si commovetur Othrys
Si contremiscunt aurei
Et concidunt Colossi;
Si Pyramis Nilotica
Et Mempheos columnæ,
Angusta quid mapalia
Quid faginæ tabellæ?

52.

Silaurus expers fulminis,
Si Cedrus & Cupressus
Procumbit, & radicibus
Evulsa marcet Ornus,
Immota nunquid arbuta
Arundinesque stabunt?

Rubus, myrica, cappariss,
Salix, genista, fungus

53.

Cum me tremores ambien
Et concidam pavore,
Et præstolabor anxius
Sententiam Tonantis,
Coram bilance Præsidis
Sedentis ad tribunal,
Omnem librantis scrupul
Atomumque, pulverem
que.

54.

Quæ me prement angustis
Quæ cor catasta frangi
Sudore quanto diffuam
Quæis lacrimis madeb
Hinc arguent testantia
Peccata me reatus,
Et inde formidabilis
Astræa lance sternet

55.

Subtus patebit horridum
Chaos, & abyssus Or
Judex tonabit desuper
Iustasque sparget ira
Urénsque conscientia
Cor verminabit intus
Pendens foris acinacis
Minabitur macellum

(Sapient: 5. (S. Greg. in Psal: 142. (S. Anselmus in
at refert. S. Bonav. in Pharetra, l. 3. c. 49. (S. Anselm, ut

56.

Quocunque verto lumina (2)
Pavor, tremor, minæque,
Ubique trux sententia
Trepidæ pererrat aures,
Peccator eheu perditus
Depressus, & relictus.
Constrictus arctis criminum
Quò, vinculis, migrabo?

57.

Fugâ tribunal fallere
Aut callidum latere,
Nulli datur: nec iudicis
Obnubilare vultum,
Perplexæ virtus candidos
Si pallet inter agnos.
Effrons scelus nigerrimos
Quis stabit inter hædos?

58.

Ad quæ Reus Subsellia
Et asyla provocabo?
Adamante durant omnia
Fuso rigent metallo,
Immittora tigribus,
Et furdiora saxis,
Nullis movenda lacrimis
Nec mollienda verbis.

59.

Tu sola restas, unicum
Solatium reorum
Et SPES & ara supplicum
MARIA perditorum,

(2) Idem.

Tu sola præbes dexteram,
Tu sola Matris ulnas
Pandis Tuis Clientibus,
Natiq; mollis iras.

60.

Cum me vocarit clepsydra
Minois ad Tribunal,
Rhadamanthos urnam mo-
verit,
Et Æacus stateram,
Reusque listar iudici
JUSTO, GRAVI, TRE-
MENDO,
Non lacrimis mutabili
Nec mobili patromis.

61.

Tu me, priusquam corporis
Hanc exuam lacernam,
Fac gratiarum numine
Affla Parens Tuarum,
Et sanctius da conteri,
Et concuti dolore,
Et penitentem fluctibus
Innare lacrimarum.

62.

Omnes in altum Balthici,
Et Pontici reatus,
Mercésque mergam crimi-
num,
Quæstusque noxiarum,
Eliberatam pondere
Et noxio phaselum,

D 3

Ad

Ad Patriæ Te proveham
Malum regente, portum.

63.

Hæc *Virgo* Te suspiria,
Hæc vota supplicantis
Tangent suprema fervuli,
Reique lacrimæ,
Ne torva frontem contrahe,
Nec gratias roganti,
Nec vultuosa cælitæ
Exaspera favores.

64.

O Sole *Virgo* pulcrior
Sereniorque Lunâ
Affulge Sidus luminum,
Jubârque naviganti,
Periculosa syrtium
Cynosura due per undas,
Ne Scylla mergat Tartari,
Aut glutiat charybdis!

65.

Sit, qui maris Saturnio,
Et fluminum Monarcha
Qui Nereo, qui Doridi,
Qui Tethydi cruorem
Tauri, vel apri viclimæ
In littoris Salebra,
Sacrumque victimarius
Merum propinet undis

66.

Tibi polari fideri
MARIS QUE VIRGO
STELLÆ,
Utrumque vincit tenuis
Vittaque tempus alba
Laurique cinctus frondibus
Et floribus sacerdos,
Supplex ad aras victima
Et Hostia immolabor

Salve.

ODE VI.

I.

Regina Salve nostralux (a)
Splendor, Decus, venustas,
Aurora, terris depluum (b)
Spargens amica rorem,
Vallata circum Liliis,
Et candicans ligustris,

Nitensque Eoi floribus
Primæque Lucis auro.

2.

Fessæ quamvis aridâ (c)
Egressa stirpe Radix,
Vigore nullo fertilis,
Aut fructuosa succo,

(a) S. Bonav: tom: 6. in spec: B. V. lect: 11. (b) S. Bernard:
(c) Isai: 11.

Cælestis aura sibilo,
Et halitu Columba,
Afflata Virga floruit, (d)
Tulitque fæta fructum.

3.

Regina, pleno Gratia
Cui se benigna cornu
Effudit inter viscera,
Deoque plena turges,
Cui totus Æther sternitur,
Et siderum Phalanges,
Turmaeque certant cælites
Et ambiunt salutem.

4.

Salus, ter Augustissima (e)
Sedes Dei, thronusque,
Binoque partu Numinis
Geniti, Parens & Altrix,
Enixa Patrem Filia, (f)
Et plasma Conditorum,
Virum Puella, maximum (g)
Sinu fovens Gigantem.

5.

Inter beata fæminas
Quas ulla vidit ætas,
Aut quas tulerunt sæcula
Ferentque, sola præstas.
Quam Numen inter cæteras
Elegit esse Matrem,

Suisque dignam gratiis
Amoribusque Nympham.

6.

Quam Filius Rex, Regiâ (h)
Dignatus est coronâ,
Sceptroque, & ostro Cælitum
Et purpura beavit,
Astrisque cinxit Principem
Terraque, Siderumque.
Solémque fecit Vernulam,
Lunam subesse servam.

7.

Tu vellus illud roridum, (i)
Sudantis Iris æthræ,
Arcus secundi faderis, (k)
Positaque testis iræ,
Nubes levis, cui se Deus
Infudit, ex duobus (l)
Cælestibus terrestria,
Jungendo, fecit UNUM.

8.

Leonis Agna mystici (m)
Aquila Columba Mater,
Cujus rugitum Tartari
Exhorruere manes.
Et hujus alis tectus est (n)
Soli, Polique cardo,
Umbraculoque, Numinis
Subsidit æstus iræ.

D 4

9. LA

(d) Num: 17. Isai: 15. S. Ambrosi. serm: de Purif. B. V. tom: 6.
(e) Pet: Dami: S. Athanas: Epiphan. S. Augustin: Rupertus lib: 5.
in Cant: (f) S. Thomas de Villan: (g) Hierem: 31. (h) S. Bern:
serm: sup: signum Mag. (i) Jud: 6. Eccli. 43. (k) Gen: 9. S. E-
phrem: de laud: Virg. (l) Ephes 2. (m) Apoc: 5. Ezech: 17.
Isai: 15. Apoc: 10. (n) Ezech: 17.

9.
Lapillus ille parvulus (o
De monte devolutus
Quem nulla vis mortalium (p
Nec abscidit securis,
Puillus ante factus est
Magni Parens Olympi.
A quo Colossus aureus
In pulverem redactus.

10.
Noctis superbum Principem. (q
Et Tartari Monarcham,
Mundi tyrannum, millibus
Annis tot insolentem (r
Fregit, subegit, perdidit
MARIA perduellem
MARIA DE VICTORIA.
Armatum, inermis, hostem.

11.
Cum tortuosus Virgini (s
Bellum moveret hydus,
Septemque virus faucibus
Ructaret in Puellam,
Ceraftis illa vortices (t
Contrivit una septem,
Presitque conquassantibus
Superba colla p. utis.

12.
Draconis inde vindices
Livor frementis iras,

Spumantis inde triplici
 Canis venena rictu,
 Et Cerberi propagines,
 Fax Hæresum, molossus
 Omnisque pestis Tænarum
 Fœrentis in Mariam.

13.
 Pestes, Erynnese vomant
 Styx monstra viperarum
 Quales adulter improbo
 Peperit Arius alvo,
 Qui pestilente laucium
 Tabo replevit orbem
 Et Regna tot, fatalibus
 Erroribus peremit.

14.
 Suam Gerunna belluam
 Rhodanusque gignat
 guem,
 Calyo educatum littore
 Sodoma luto nutritum
 Qui toxico Britanniam
 Nocente fascinavit,
 Arasque puro flumini
 Immiscuit venena.

15.
 Hæc virulenta bestia
 Livore plena frendens,
 Signata tergum liliis
 Et litterata ferro,

(o Daniel: 3. (p S. Bonavent: in Spec: cap: 14. fol: 452. (q)
 ann: 12. & 16. (r Imperantem. (s Apocal: 12. (t Genes:
 (u Florim; Raim; de ortu & progressu Hæres. (x Ibidem.

Exerta dentes, cælites
 Spurco laceſſat ore,
 Deique ſedem vellicet
 Et gloriam MARIÆ!

16.

Apoſtolus Germaniæ
 (Si Djs placet) Lutherus (y)
 Novi Magiſter dogmatis
 Doctor libidinoloſus,
 Ter Numini fædiſragus
 Spreto fugax cucullo,
 Maritus abſque conjuge,
 Uxorius ſacerdos,

17.

Tricongius Trimalcio, (z)
 Paſti Catillo ventris,
 Oraculum tot Principum.
 Eiſlebiæ Prophetes;
 Patris Quirini proditor,
 Sanctæque SEDIS oſor,
 Hoſtis quietis publicæ,
 Fax bellici furoris.

18.

Grandis profuſor ſanguinis
 Et Patriæ Procuſtes, (aa)
 Qui Regna, qui Provincias
 In bella concitavit,
 Raſus caput tenebrio,
 Eccleſiæ rebellis,

Furat, Deo Votifragus,
 Bſphemus in MARIAM.

19.

Hæ Tartari Propagines, (bb)
 Partuſque viperarum,
 Inſtent nocere morſibus
 Calcaneo MARIÆ, (cc)
 Nihil tamen profecerint
 Doli, minæ, furores,
 Hæc ſola cunctas Hæreſum
 Eliminabit umbras.

20.

Formido Ditis: Inferi (dd)
 Scyronis Interemptrix
 Quæ contumaces Spiritus
 Superbientis hoſtis
 Ancilla (Mater Numinis) (ee)
 Humili premis ſcabello,
 Viſceribusque ſubjicis
 Subacta monſtra plantis!

21.

Regina, cujus nomini
 Potentiæque ſupplex
 Cæleſtium, Terreſtrium (ff)
 Et poples Inferorum
 Flexo genu ſubiernitur, (gg)
 Omnisque lingua laudes
 Tuas diſerta concinens
 Plaudit, MARIA SALVE.

D 5

22. RE-

(y) Vel (locuſta fetus Orci) Apoc: 9. Florimundus Raimundus lib: de
 ortu & progreſſu Hæreſum (z) Idem (aa) Idem. (bb) Mikth: 3.
 & 23. Luc: 3. (cc) Genes: 3. (dd) Hoſtes. (ee) Luc 1. (ff) Phi-
 lip. 2. (gg) Idiota de contempl: Deip: contempl. 6. & lib: 3. Bibliora:
 vet: PP. cap. 5.

22.
 REGINA SALVE, stelleo (bb)
 Caput corusca ferto,
 Amicta Solis aureo
 Argenteoque cultu,
 Cui Luna vestis gemeam (ii)
 Exosculatur oram,
 Et Te salutat Principem,
 REGINA Virgo SALVE.

23.
 Sic Cælites, sic Inferi
 Sic Terra te celebrat:
 Fax ergo quæ mortalium,
 Et carcinoma Vulgi,

Suam neget Te Principem,
 Dominamq; non salutet!
 MARIA PRINCEPS! millies
 Regina VIRGO Salve.

24.
 Ad dexteram quæ Filii (kk)
 Stas plena gratiarum,
 Tales repende gratias
 Datæ pares Saluti,
 Quæ Te colit Clientulus
 Et Servulus, MARIA!
 Amoris ardet ignibus
 Et est SALUS SALUTIS

Ad Te clamamus Exules filii Evæ.

ODE VII.

1.
 Q Uod inter Astra fulgidum
 Millena mille Sidus, (a)
 Suâ decorum gloriâ
 Præ cæteris micabat
 Splendore, cultu, gratiâ,
 Honore, dotibusque
 Suo beatus Lucifer
 Est elevatus ortu,

2.
 Magno Rebellis Numini,
 Suisque Conditoris

Par æmulari gloriam,
 Potentiam, thronumque
 Pari tenere dextera,
 Sceptri que jura ferre,
 Superque nubes altior
 Metator evolare,

3.
 Audacis arrogantæ (b)
 Superbiæ que Princeps
 Ausus vocare Cælites
 In bella, præliumque

(bb) Apoc. 12. (ii) Ibidem. S. Bern: serm. sup. Apoc: signum m
 gnum fol. 268. (kk) Psal: 44. (a) Isa. 14. (b) Apoc. 12.

Effrons movere Numini,
Fato, sed heu! sinistro,
Præceps ruens in improbum
Draco fugatus Orcum, (c

4.

Ceu fulgor alto decidit, (d
Delapsus exul axe,
In ima stagna Tartari, (e
Liquentis antra flammæ,
Sociaque secum sirmate
Involvit Astra cauda, (f
Partemque Cæli tertiam
Pertraxit in ruinam.

5.

Primos beati Præsides (g
Et incolas vireti,
Ultor ruinæ, perdito
Pomi nocentis esu
Fefellit hic, peremit hic,
Intoxicavit Anguis,
Virûsque matris inscius
Transfudit in Nepotes.

6.

Hinc illa sors Adamidum
Infausta perditorum,
Hinc mæror, angor, lacrimæ,
Clamor, querela, luctus,
Ultrixque pœna subsequo
Premat, fremitque passu.
Et arguit tristissimi
Nociva furta pomi.

7.

Noctes, diésque patrio
Extorris Orbe *clamat*,
Heu! quo parentum credulus
Gulæque duxit error?
Subiecta nulli, libera
Et plena gaudiorum
In servitum vendita
Orcoque mancipata.

8.

Ah unicum jentaculum
Pellacis esca frondis
Nos perdidit, nos expulit,
Nos exules abegit,
Jussitque Limbi vectibus,
Longaque nocte claudi.
Suspiriis & lacrimis
Tot sæculis premendos.

9.

Patrum Senatus, carceris
Clamabat è profundo:
Rorate cæli de super (h
Nubes, pluântque FUSTUM
Tellus aperta germinet
Propaginem salutis,
Et Virga FESSE flosculum (i
Et flosculus racemum.

10.

Pressus Propheta carcere
Et vinculis Michæas; (k
Inter

(c Apoc: 12. (d Luc: 10. (e Apoc: 12. (f Idem. (g Gen: 3.
(h Isa: 45. (i Isa: 11. (k 3. Reg: 22.

Inter Leones Daniel (l
Futuruse sca brutis,
Chaldaeus exul ad Chobar (m
Ezechiel fluenta,
Totusque lepra Job, suo (n
Clamabat in fincto.

II.

Babylone victus praelio (o
Rex Israel Manasses
In servitutum ducitur
Oneratus aere tergum,
Manus, pedesque compede,
Lumbos gravis catenâ.
Duro reclusus in specu,
Et vinculatus Exul.

12.

Dolens, gemensque Numini
Supplex, reusque clamat,
Clamans fatetur impium
Idololatra crimen;
Pectus tremit mœroribus,
Cor angitur dolore,
Perfusa rorant lacrimis
Singultientis ora.

13.

Vates decorus purpurâ (p
Decorus & coronâ,
Potensque scepro regius
Sui dolens reatus,
Caput repletus pulvere,
Saccoque cinctus, cheu!

Clamabat, heu! peccavimus
Erravimus, dolemus. (l

14.

Clamabat, & periculis
Angustisque septus,
Jesseus ille Marspiter,
Et Hannibal Sâulis
Vallatus armis hostium,
Natique pressus ense,
Ad Te Deus clamavimus,
Cum tribularer, inquit

15.

Et Tu benignam supplicii
Aurem Deus dedisti
Animamque de liventium
Furore liberaisti,
Venena labris indita (t
Fraudes, dolosque ling
Clamantis ad suspiria,
Gemitusque perdidisti

16.

Et Tu Benigna supplicium
Clamoribus Maria,
Et frontem & aures expl
Audique nos serenâ
Vultus Tui Clementiâ,
Animique miritate,
In his dolorum montibus
Et vallibus malorum.

17.

(l Daniel 6. (m Ezech: 1. (n Job. 30. (o 1. Paral: 33. (p
Reg: 11. (q Psal: 50. (r 2. Reg. 15. (s Psal: 119. (t 2. Reg:

17.

Clamamus & nos Exules
Ad Te Parentis Eva
Prævaricantis Filij,
Matrique supplicamus!
O Mater, audi! Filii
Clamant, gemuntque pressi,
Quos prima Mater perdidit,
Secunda fac, adopta.

18.

Mater salutis: nomine
Sic duplici mereris
Dici Tuis à servulis,
Animæque corporisque,
De qua patens fons publicæ
Scaturit salutis,
Et Archiater prodiit,
Morbique, funerisque.

19.

Toto iacebat undique
In Orbe grandis ager ()*
Multo cruentus ulcere,
Multa leatens mephyti,
Huic Tu (salutis arbitra)
Hypocratem dedisti,
Apollinémque vulneri
Magistra sanitatis.

20.

Clamamus exacti procul
Felicitatis Horto,

Infascinati publico
Serpentis à veneno,
Quo totus Orbis putruit
(Cadaver universum)
Mortique factus victima,
Cælestis hostis iræ.

21.

Ad Te gravis suspiria
Mæstæque vota mentis,
Ad Te gementum lacrymæ
Clamantium dolores,
Ad Te precantum tædia in
Hac Valle lacrimarum,
Communis ad Te perditæ
Conversio salutis.

22.

Maria, Mundi Delia
Atræque Luna Noctis,
Cui genæ flectunt sidera,
Jussisque paret Orbis,
Quam Zona cingit stellas,
Matremque, Virginemque;
Pacis Columbam, carnea ()*
Cum sumpsit ossa Numen.

23.

Quæ Numinis puerpera,
Altrixque Virgo VERBI,
Electa præ tot millibus ()*
Reo creata Mundo,
Quæ prima Pomi toxica
Primæ venena culpæ

Extens

In S. August. S. Bernard: serm: 3. de Nat. (Gen: 8, (7 Mens*
Græc: 21, Novemb: & 8, Septemb,

Exterminasti, miscuit
Quæ primus Orbis Hostis,

24.

O Luna! Sol! O Phosphore
O luminare magnum,
Materna vultus lumina
In nos serena verte!
Compesce virus siderum
Plantis premens Cometas,
Lethi Planetas fertiles
Mortalium tyrannos.

25.

Arctus Maria Mænalis
Poli, jubârque Ponti,
Extingue tædas funerum
Faces, dolósque Mundi,
Cleménsque Terræ fonticos
Elimina vapores,
Et febrientes ignibus
Cælestibus calores.

26.

Levamen ægrientium,
Languentium medela,
Egentium granarium,
Solatium dolentium;
Audi preces plorantium
Natóque nil neganti,
Fac supplica fons omnium,
Radixque gratiarum.

27.

Sanis & ægris consule
Medicámque fer salutem,

Tuique Virtus Numinis
Sit toxico Machaon,
Quod vel Ceraftes omnium
(Seps Inferi) malorum,
Afflavit Orbi prologus
Nostræque Dux ruinae,

28.

Vel quod Rei contraximus
Culpâ, frequente virus
Abominandum, pestilens,
Crudele, luctuosum,
Mortis ferax, quod Patri
Nos exulare jussit;
Tui cruore Filii
Medendo, Virgo, pelle

29.

Tuæ sit antipharmacum
Victoriosa plantæ
Calx, quâ superbi conteritur
Caput Draconis, ore
Adhuc vomentis toxicum
Pomumque morsicantem
Irásque cassas viribus
Mortésque sibilantis,

30.

Et Tu tenelle Pusio
Matris cubans in ulnis
Pro me, Parentis basia
Impressa supplicantis
In *cautionem* suscipe, &
Eadem refunde Matri
Ut utriusque gratiæ
Malagma sint veneno

Ad Te suspiramus gementes & flentes
in hac lacrimarum valle.

ODE VIII.

1.

Audite valles, exulis
Angustias dolentis!
Audite petrae, lugubres
Singultientis aestus!
Quem culpa Patris perdidit
Et interemit UNUM
MALUM, MALORUM pessimum,
Mortique mancipavit.

2.

Vestigal hoc est arboris
A patre prostituta,
Hæc est gulæ vindemia
QUERI, DOLEKE, FLERE,
Hoc triste patrimonium,
Censusque filiorum,
GEMENTIUM, DOLENTIUM
P L O R A N T I U M Q U E
pœnam.

3.

Extorris erro Patriâ
Damnatus ad catastam
Inter vepreta vallium
& Rubosque, carduosque,
occulta mortis vincula,
Hostesque fraudulentos.

Gen: 2.

Quî liberale concinam
In nostra damna carmen?

4.

Non est libido barbyton,
Aut personare buxum,
Cum pectus à singultibus
Et questibus tremiscit,
Quæ dextra tergit lumina,
Negat ferire chordas,
Et uda labra lacrimis
Festum ciere cantum.

5.

Ad nostra nil discrimina
Planctusque lacrimasque
Amphiones, nec Orphei,
Nec læta plectra lini,
Nec fistra Phæbi conferunt
Dum tempus est gemendi,
Risus nihil Democriti,
Sed fletus Heracliti.

6.

Infamis odas Exulis
Latas recusat angor,
In Orbe nescit extero,
Nec fert sonare plectra,
Nec apta tellus cantibus
Est ista, nec Camænis.

Cum

011
400

Cum mæsta fractas nœnia,
Lelsúsque pulsat aures.

7.

Vigil suis obtutibus
Stat fixa mens malorum,
Et triste grandis Exilij
Cor strangulantis horror,
Imago primæ pectori
Felicitatis hæret,
Et aevorati Numinis
Scientiaque pomum.

8.

Suos gemebat Israël (b)
Captivus inter hostes,
Tergum gravatus vinculis (c)
Et saucius flagellis,
Cæmenti onustus pondere, (d)
Paleis, lutóque pressus,
Cantare jussus cantica, (e)
Cui fletus ora clausit.

9.

Quid Sanniones Mempheos (f)
(Inquit) Sionis odas?
Quid imperatis organa,
Quid verba cantionum?
Quem dura stringit servitus,
Compésque mancipavit,
Ab hoe, Canope. carminis
Nil mollis impetrabis.

10.

Babylonis inter flumina
Crepidinémque Nili
Sedere fecit orbitas,
Et dura fors tributi,
Illinc memor Sionis
Mens Urbis æstuabat,
Inambulare Pergama,
Et involare turre.

11.

O si videre pulverem
Tuum Sion liceret!
Fumósque terræ patrios
Riguique fontis undam
Nil servitus, nil vincula,
Nil flagra, nil labores
Nil mortis atrocissimæ
Percellerent agones.

12.

Anhelus iste, nauseas
Quot, ardor, excitavit
Quot vota? quot suspiria
Quot tela cordis arce
Emissa plena luctibus?
Quot stagna lacrimarum
Immixta Nili fluctibus
Præter fluentis undæ

13.

Festum melos, suspiria
Lamenta crebra, cantum

(b) Exod. 1. (c) Exod. 5. (d) Exod. 8. (e) Psalmi 136. (f) Ibidem.

Pæna sunt ludibria
Interminata vicis;
Suspenda ramis organa
Salicúmque plectra, trun-

cis,
Mæstos jubent mutescere,
Et imperare luctus.

14.

Ruina Samson hostium, (b
Et Hercules Apella,
Gigantibus par robore,
Gradivus Israëlis,
Certare doctus cum feris, (i
Ursis, Leonibúsque,
Claváque fortis ossæ (k
Viros ferire mille.

15.

Frontis gemebat perfidas (l
Eluminatus umbras,
Tuósque serò depilis
Fastidians amores,
Falsus Philistin psallere,
Qui ferre maluisset,
Invea lacrimabilis
Exaruisse undæ.

16.

Um parricidam filium (m
Patri David rebellem,
Exu comarum pensilem
Quercúque palpitantem,

Tribúsque fixum lanceis
Vixisse comperisset,
Heu! corde quæ suspiria,
Quos edidit dolores?

17.

Gemebat heu! ah Absolon!
Ah Absolon! gemebat; (n
Ah Absolon! quis me mori
Quis interire pro te?
Ah Absolon! sanguis meus
Heu! Spes Patrisperisti?
Si non datur pro te mori,
Quis det perire tecum?

18.

Quantis suum suspiriis (o
Luxit Jacob Josephum?
Cruore tinctam filii
Cum eerneret lacernam?
Ah fera Josephum pessima,
(Geminabat, & gemebat)
Joseph peremit bestia
Cruelis, & voravit.

19.

Quid restat ultra vivere
Cum nostra vita vixit?
Deducet hæc ad inferos
Canos meos ruina,
Hoc perditio sunt perdita
Quæcunque me beare
Felicitas, aut Sors potest
Mibi prorogare vitam.

E

20. Fe-

(b Judic: 14. (i Ibidem. (k Judic: 15. (l Judic: 16. (m 2.
Reg: 18. (n Ibidem. (o Gen: 37.

Oh
40

20.

Felix quot infelicitas,
Iosephe somniator, (p
Fletus, preces, suspiria
Excivit innocenti?

Quantum tremebas proximo
Iugulandus ense fratrum?
Vetusque cum te clauderet
Cisterna deprecantem?

21.

Tremebat innocentia (q
Ab Ismaele vineta,
In servitum vendita
Argenteis viginti,
Jugoque deo Aegypto
Afflicta, vinculisque,
Cum Tulliano Putiphar
Eunuchus hanc teneret.

22.

Chalybe ligatus nexili, (r
Vinctus pedes catena,
Adulter insons plectitur,
Damnatus ad securim,
Pudica conscientia (s
Sentit, gemitque ferrum
Animam doloris transiens,
Tyrannidemque Læna.

23.

Tuos quis Anna turbines
Quis explicet procellas?
Quis vellicantes pectoris
Curasque, timeasque?

Lamenta quis, Ragefium
Cum missus est Tobias
Ut æs, dedit quod mutuum
Referret a Gabelo?

24.

Quantis domus tumultibus
Quot planctibus sonantibus
Cur Nate te dimisimus
Spem stirpis & senectutis
Nostri levamen ponderis
Manusque scipionis
Basim ruinæ, & ultimam
Profapiae columnam?

25.

O si talenta nuspian
Numerasset ulla campum
Nam praestitisset hæc
Nec esse visa Patri,
Dilecte quam te perdes
Et interire Nate,
Propago nostri sanguinis
Domusque firmitudinis

26.

Victoriosus prælio (s
Redux ab hoste Jephthae
Plenus triumphis, patris
Reversus ad penates
Ut glorioso Jephthae
Primam daret salutem
Prima obviavit Pfaltri
Ex Urbe Nata Patri

(p Ibidem. (q ibid. (r Gen. 39. (s Ps. 104. (t Tob. 5. (u Ju

27.

Prima: ah fuisset ultima
Penitusque visa nulli!
Aspectus instar fulminis
Hic terruit parentem.
Et quæ secundos credidit
Latura Virgo plautus,
Ignara cecinit funeris
Sibi victimanda lessum.

28.

Inter Camænas Virginum
Chorósque, Pfaltriásque,
Latásque tympanistrías
Pæana concinentes,
Pallere sephæte, lacrimis
Undantibus per ora,
Geménsque cordis intimum
Sui loqui dolorem!

29.

Eheu! quid ausa filia?
Me, téque sæva perdis!
Deceptus ego, decepta tu!
Voti reum parentem
Infausta cogis filia
Crudelis ut sit in te,
Cadásque cultro victima,
Deo immolanda, Patris!

30.

Cur Exteros Dux prælio
Victoriosus hostes
Stravi? peremi? proprio
Victoriæ litare

Si cogor, cheu! sanguine,
Meus mihimet hostis?
Heu! præstitisset millies,
Quàm sic perire, vinci!

31.

Dixit: nec ultra perditum
Tulit procella fari:
Aversus à Sostalibus
Et Virginum corona
Vultum; parens, ah filia!
Mæstum gemebat, ah te
Inauspicatam filiam
Patrénique luctuosum!

32.

Jam nemo lætum plaudere,
Chelyn sonare nemo,
Chori filere Virginum,
Lugere signa belli,
Trophæa syndon induit,
Funesta, cassidésque
Cristis & auro splendidas
Atrâgalerus umbrâ,

33.

O pompa lamentabilis
Festúmque luctuosum!
Larix, olivam funerat,
Cupressus atra laurum,
Taxus coronis nectitur,
Tristisque tæda palmis,
Chorus abit in funalia,
Triumphus in sepulcrum.

B 2

34, Sic

34.

Sic gloriosus filiam
Luget, gemit, dolétque
DUX virginalis victimæ
BELLI PATER, SACER-
DOS,

Sic montibus, sic vallibus
Vagata Virgo flevit
Integritatis candidum
Intaminata florem.

35.

Quis exprimat tristissimæ (*
Rachelis ejulatus?
Quis impotentis syncopes
Animique, viriúmque?
Suos videret liberos
Cùm morte cecidisse,
Suæque vitæ maximam
Periisse portionem?

36.

Petita quæstu fidera,
Domus repleta fletu,
Instar furentis Mænadis
Æstu, soluta crinem
Concita; frustra pignora
Amiffa clamitare,
Nec lacrimis mitescere,
Solatisque flecti.

37.

Hæc luminum canalibus
Quæ fluxit unda plenis,

28 Matth. 27

Laxisque ceu siphonibus
E fonte palpebrarum,
Citis pares torrentibus
Ferociunt, rutilque
Lapsæ per ora lacrimæ,
Et excitant tumultus,

38.

Sed cùm furentis alvei
Diffusus imber agris
Se liberavit impetu,
Suúmque fregit amne
Brevis quieta marginis
Vix lymphalambit herba
Tandémque tota perdit
Arétque ripa rivo.

39.

Sic primatempestatibus
Cùm se Doloris ira
Exasperat, depascitur
Rationis omne germe
Vastátque præceptis omnia
Ruens in ima luctus
Nec se teneri sustinet
Suo fremens furore.

40.

Procella cùm deferbuit
Seséque fregit ardor,
Et quæ priùs caligine,
Et cæca mens tenebris
Inhorruit, malacia
Est restituta cordi,

Evan

Evantque lacrima
Luctus, dolor, querelæ;

41.

Disparuere nubila,
Imago tristis umbræ,
Post fulgura, & tonitrua,
Imbrésque, grandinésque,
Serenior se nubibus
Evolvit, & reluxit

Sol puriore lumine,
BONUM DIEM QUÉ
dixit.

42.

Ploratus hic ephemerus,
Et planctus est dialis,
Oriente sole nubilus,
Serenus occidente,
Sed heu! perennes lacrimæ
Cor strangulante luctu,
Totis fatigant noctibus,
Premuntque nos diebus.

43.

Hic meta nulla fletibus
Stat fixa, nec querelis,
Nunquam remittit dextera,
Nec spongiam sinistra,
Quæ mæsta tergat lumina,
Et exprimat liquorem,
Rursúmque crebris impleat,
Stillante rore, guttis.

44.

Hæc sunt dolorum balnea
Baia, lacúsque caldi,
Valles inundant lacrimis,
In lacrimis natamus,
Hi nos flagellant turbines,
Jactamur his procellis,
Hæc navigamus æquora,
His naufragamur undis.

45.

Colles tument in ardua.
Valles hiant in ima,
Prærupta pendent montium,
Scissisque saxa petris,
Ululæ cavernis abditæ,
Et Noctuæ Chorales,
Eubóque, nostris adsonant,
Et adgemunt querelis.

46.

Hæc hospitamur Regiâ,
Angustiamur aulâ,
Hæc Galtrimargi plectimur,
IN VALLE LACRIMA-
RUM,

Sub mole plorat imbrium,
Niviúmque pressa Vallis:
Nos mole pressi criminum,
Et flemus & dolemus.

47.

Valles, cloacas montium. (y
Cecinit Poëta nuper:

E 3

In

(y Jac: Balde S. J. de Vanit. Mundi stroph 5: in scz.

In his cloacis volvimur,
Ut merfa porca cæno?
Suas lucunas Idalis
Libidinosa spumat,
Fædâ putres uligine,
Et sordidas mephyti.

48.

Suâ natans axungia,
Et defluente lardo,
Ventrîs liquato sumine
Et viscerum suburrâ,
Intérque Liber ebrias
Verres volutus orcas,
Et nauseantes bellua
Sterit sepulta ructus.

49.

Et adhuc Merones Caldii,
Et Porcii gulones;
Et prostitutæ Cypridis
Phrynésque, Thaidésque,
Gaudent suis se sordibus,
Et innatare cæno,
Suâsque credunt cinnamum,
Et ballamum cloacas.

50.

Quin festa ludunt orgia,
Cytharam, chelynque pul-
sant, (z
Cantant, tenentque tympa-
num,
Sistrum, lyrâque Cypri,

(z Job, 21.

Ducunt choreas Bassaræ
Fauno rotante thyrsu
Ad signa gaudent organi
Jocantibus cinædis.

51.

O stulta mens mortalium,
Cæcæque mentis umbra
Pulsante Fato janua
Foris que præstolante;
Hiante Terrâ; Tænaro
Immugiente prædæ;
Ridetur inter lacrimas,
Saltatur in ruinis.

52.

Ignara nescit gutturi
Suo imminere ferrum,
Et se macello proximam
Stygî brevi dicandam.
Nos interim plorantibus
Et lacrimis mademus,
Fientes, gementes, exules,
Meliora præstolantes.

53.

Hæc destinata luctibus,
Doloribusque *VALLIS*
Nulli locum choragio
Nec explicat chorauli,
Ex hac vocamus *Exules,*
Clamamus & rogamus,
Maria Mater Exulum
Esto memor Tuorum.

54.

54.

Maria ab alto Collium
Æternitatis, audi
Tuo favore supplices,
In hac tuere VALLE,

Salso natantes gurgite,
Marique lacrimarum,
Ut Exules in Patriam
E vallibus migremus,

Eja ergo Advocata nostra.

ODE IX.

I.

Cùm tota Phæbe fulgurat,
Et plena fratre turget,
Tunc TOTA PULCRA dicitur,
Sed PULCRIOR MARIA;
Est illa stellis comptior,
Sed COMPTIOR MARIA,
Serenior, formosior,
Ornatior MARIA,

Dispergit ille lumina,
Sed gratias MARIA,
Sol ortus ægris gaudia,
Dat Virgo sanitatem:
Is arcet umbras noctium,
Sed mentium MARIA.

2.

Suum minora Regium
Venerantur Astra Sidus:
Plantis MARIÆ supplices
Curvant genu Planetæ,
Cælum ministrat Virgini,
Sub calce servit Orbis,
Creataparent omnia
Cùm jusserit MARIA,

4.
Solaureo cùm pectine
Comit jubas Leonis.
Arctoa cessant frigora,
Septem-calent-triones,
Cùm lux MARIÆ fulserit,
JUDÆ LEONE plena,
Hiems, pruina, nix, gelu,
Toto exulabit Orbe.

3.

A sole splendent sidera,
Peccator à MARIA:

5.
Thronus Maria Numinis,
Olympus est Maria. (#
Fons Cynthij, fons Cynthiæ
Fons lucis est MARIA,

E 4

Hanc

OH
+0

(a) Cyrillus Hierosol : ferm : de B. V. M. S. Bonav : spec : B. V. M. lect. 14. S. Greg : Neoc : ferm 1. de Annunc.

Hanc nulla vultus syneope
Mutabilis fatigat.
Nec umbra formæ mobilis,
Nec menstrui recessus.

6.

Fons es, tot uber gratiis. (b
Quot æquor omne guttis,
Per Te replentur Cælitum
(Beata templa) sedes,
Per Te profundus Inferi
Est carcer exsolutus.
Per Te rebellis Alitum
Est integrata sedis.

7.

Per Te Salus deperdita,
Vitæque Mors revixit,
Per Te suum captivitas (c
Litrum Redemptionis,
Per Te medelam languidus (d
Curationis Ager,
Per Te ruit solatium
Mœrens, gemensq; luctus,

8.

Et Tu reorum nomina,
Causasque Virgo tractas,
Et ad tribunal judicis
Stas *Advocata Tutrix*.
Non *FURIS* ullo *CODICE*,
Paragraphique textu,
Sed ula Matris nomine,
Clientulos tueris.

9.

Instructa litigantium
Stat hostium caterva,
Armata *SEPTEM TESTIBUS*
Astu, doloque plenis,
Ab his citantur *FURIUM*
Librique paginaeque,
Et indices, & margines
Leges, Notæ, Novellæ.

10.

Mensis, Dies, & hebdomada
Horæ, quadrans, minutæ
In quæstionis copiam,
Causæque Criminalis
EviCTIONem prodeunt,
Et Aggravans tabellas
Actore Carne, Dæmone
Mundoque jus tuentæ

11.

His callidis *ACTORIBUS*
Et *FURIUM PERITIS*,
SEPTEM CITANTUR (c
num (f
Corrupta turba) *TESTIBUS*

Fallaciis, perjuriis
In me furit, ruitque,
Omnisque vires exercit
TRIUMVIRATUS

12.

Ad judicis strictissimum
Hinc provocor tribunal

(b) S. Bern. serm. 4. sup. Missus. S. Anselm. in medit. orat. de
B. V. M. (c) S. Bern. serm. 3. de Visit. (d) Ibidem. (e) 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100, 101, 102, 103, 104, 105, 106, 107, 108, 109, 110, 111, 112, 113, 114, 115, 116, 117, 118, 119, 120, 121, 122, 123, 124, 125, 126, 127, 128, 129, 130, 131, 132, 133, 134, 135, 136, 137, 138, 139, 140, 141, 142, 143, 144, 145, 146, 147, 148, 149, 150, 151, 152, 153, 154, 155, 156, 157, 158, 159, 160, 161, 162, 163, 164, 165, 166, 167, 168, 169, 170, 171, 172, 173, 174, 175, 176, 177, 178, 179, 180, 181, 182, 183, 184, 185, 186, 187, 188, 189, 190, 191, 192, 193, 194, 195, 196, 197, 198, 199, 200, 201, 202, 203, 204, 205, 206, 207, 208, 209, 210, 211, 212, 213, 214, 215, 216, 217, 218, 219, 220, 221, 222, 223, 224, 225, 226, 227, 228, 229, 230, 231, 232, 233, 234, 235, 236, 237, 238, 239, 240, 241, 242, 243, 244, 245, 246, 247, 248, 249, 250, 251, 252, 253, 254, 255, 256, 257, 258, 259, 260, 261, 262, 263, 264, 265, 266, 267, 268, 269, 270, 271, 272, 273, 274, 275, 276, 277, 278, 279, 280, 281, 282, 283, 284, 285, 286, 287, 288, 289, 290, 291, 292, 293, 294, 295, 296, 297, 298, 299, 300, 301, 302, 303, 304, 305, 306, 307, 308, 309, 310, 311, 312, 313, 314, 315, 316, 317, 318, 319, 320, 321, 322, 323, 324, 325, 326, 327, 328, 329, 330, 331, 332, 333, 334, 335, 336, 337, 338, 339, 340, 341, 342, 343, 344, 345, 346, 347, 348, 349, 350, 351, 352, 353, 354, 355, 356, 357, 358, 359, 360, 361, 362, 363, 364, 365, 366, 367, 368, 369, 370, 371, 372, 373, 374, 375, 376, 377, 378, 379, 380, 381, 382, 383, 384, 385, 386, 387, 388, 389, 390, 391, 392, 393, 394, 395, 396, 397, 398, 399, 400, 401, 402, 403, 404, 405, 406, 407, 408, 409, 410, 411, 412, 413, 414, 415, 416, 417, 418, 419, 420, 421, 422, 423, 424, 425, 426, 427, 428, 429, 430, 431, 432, 433, 434, 435, 436, 437, 438, 439, 440, 441, 442, 443, 444, 445, 446, 447, 448, 449, 450, 451, 452, 453, 454, 455, 456, 457, 458, 459, 460, 461, 462, 463, 464, 465, 466, 467, 468, 469, 470, 471, 472, 473, 474, 475, 476, 477, 478, 479, 480, 481, 482, 483, 484, 485, 486, 487, 488, 489, 490, 491, 492, 493, 494, 495, 496, 497, 498, 499, 500, 501, 502, 503, 504, 505, 506, 507, 508, 509, 510, 511, 512, 513, 514, 515, 516, 517, 518, 519, 520, 521, 522, 523, 524, 525, 526, 527, 528, 529, 530, 531, 532, 533, 534, 535, 536, 537, 538, 539, 540, 541, 542, 543, 544, 545, 546, 547, 548, 549, 550, 551, 552, 553, 554, 555, 556, 557, 558, 559, 560, 561, 562, 563, 564, 565, 566, 567, 568, 569, 570, 571, 572, 573, 574, 575, 576, 577, 578, 579, 580, 581, 582, 583, 584, 585, 586, 587, 588, 589, 590, 591, 592, 593, 594, 595, 596, 597, 598, 599, 600, 601, 602, 603, 604, 605, 606, 607, 608, 609, 610, 611, 612, 613, 614, 615, 616, 617, 618, 619, 620, 621, 622, 623, 624, 625, 626, 627, 628, 629, 630, 631, 632, 633, 634, 635, 636, 637, 638, 639, 640, 641, 642, 643, 644, 645, 646, 647, 648, 649, 650, 651, 652, 653, 654, 655, 656, 657, 658, 659, 660, 661, 662, 663, 664, 665, 666, 667, 668, 669, 670, 671, 672, 673, 674, 675, 676, 677, 678, 679, 680, 681, 682, 683, 684, 685, 686, 687, 688, 689, 690, 691, 692, 693, 694, 695, 696, 697, 698, 699, 700, 701, 702, 703, 704, 705, 706, 707, 708, 709, 710, 711, 712, 713, 714, 715, 716, 717, 718, 719, 720, 721, 722, 723, 724, 725, 726, 727, 728, 729, 730, 731, 732, 733, 734, 735, 736, 737, 738, 739, 740, 741, 742, 743, 744, 745, 746, 747, 748, 749, 750, 751, 752, 753, 754, 755, 756, 757, 758, 759, 760, 761, 762, 763, 764, 765, 766, 767, 768, 769, 770, 771, 772, 773, 774, 775, 776, 777, 778, 779, 780, 781, 782, 783, 784, 785, 786, 787, 788, 789, 790, 791, 792, 793, 794, 795, 796, 797, 798, 799, 800, 801, 802, 803, 804, 805, 806, 807, 808, 809, 810, 811, 812, 813, 814, 815, 816, 817, 818, 819, 820, 821, 822, 823, 824, 825, 826, 827, 828, 829, 830, 831, 832, 833, 834, 835, 836, 837, 838, 839, 840, 841, 842, 843, 844, 845, 846, 847, 848, 849, 850, 851, 852, 853, 854, 855, 856, 857, 858, 859, 860, 861, 862, 863, 864, 865, 866, 867, 868, 869, 870, 871, 872, 873, 874, 875, 876, 877, 878, 879, 880, 881, 882, 883, 884, 885, 886, 887, 888, 889, 890, 891, 892, 893, 894, 895, 896, 897, 898, 899, 900, 901, 902, 903, 904, 905, 906, 907, 908, 909, 910, 911, 912, 913, 914, 915, 916, 917, 918, 919, 920, 921, 922, 923, 924, 925, 926, 927, 928, 929, 930, 931, 932, 933, 934, 935, 936, 937, 938, 939, 940, 941, 942, 943, 944, 945, 946, 947, 948, 949, 950, 951, 952, 953, 954, 955, 956, 957, 958, 959, 960, 961, 962, 963, 964, 965, 966, 967, 968, 969, 970, 971, 972, 973, 974, 975, 976, 977, 978, 979, 980, 981, 982, 983, 984, 985, 986, 987, 988, 989, 990, 991, 992, 993, 994, 995, 996, 997, 998, 999, 1000.

Audire vel sententiam,
Vel eliquare Causam,
Jussusque vitæ pondera
Noctentis, innocentis
Ad æquilibris lingulæ
Examinare lances,

13.

Ferox Averni flagrio
Damnationis urget
Pratoris sententiam,
Et vindicat flagellis,
Et ferro, & igne, & angvibus
Ultricibus Megaram,
Omnésque manes Inferi
In me vibrare pœnas.

14.

Non me latet deformitas,
Et turpitudine culpæ;
Sum destitutus auro
Virtutis apparatu,
Omnique gaza præmii,
Opibusque, censibusque
Domi meæ non inscius,
Quàm curta sit supellex.

15.

Timor, tremorque judicii
Me nunciant nocentem,
Mutusque pallor arguit,
Et exprobrat reatum.
Judex inexorabilis
Nulla movetur arte,
Nec are, planctu, lacrimis,
Nec supplicis rogatu.

16.

Stricto minatur brachio
Trux evibrare fulmen,
Sontemque justus triplici
Reum ferire flammâ;
Jam glutendus Tænari
Cerno tremens hiatum,
Et æviteros carceris
Torres futurus, ignes.

17.

At Tu ruentem sustines,
Tegisque fulminandum,
Forumque pro me suscipis,
Causamque Pras tueris;
Tu Vas Maria subvenis,
Litemque Diva tollis,
Intérque ponis supplicem,
Pro me nocente dextram.

18.

A me repellis hostium
Liventium catervam,
Omnésque litigantium
Astus tenebrionum,
Vultum severum judicis
Clementiâ serenas,
Mortisque pro sententiâ
Vitæ impetras olivam.

19.

Tu protulisti publicam
Parens Virago Vitam,
Sedque Mundum funere
Mersum resuscitasti.

E 3

To

OLIV
+ 10

Tu VITA VITÆ, Tu SALUS
Salutis es MARIA:
 Quòd vivimus, Te vivimus
 Impertiente *vitam.*

20.

Tibi hætenus qui viximus,
 Vivemus & deinceps,
 Matri Mariæ gratiæ,
 Clementiæque sedi,
 Sol, Luna, stellæ, sidera,
 Cælo priùs migrabunt,
 Suos & orbes deserent,
 Quàm deseram MARIAM.

21.

Me plectat ensis barbarus,
 Non deseram MARIAM,
 Tauro Berillus sæviat,
 Non deseram MARIAM:
 Scyronis undis hauriar,
 Non deseram MARIAM:
 Furat Procustes cædibus,
 Non deseram MARIAM.

22.

Arment Tyranni taureas,
 Et uncinis flagella,
 Sartagines ebulliant
 Et sulphure & resinâ,
 Ollæ metallis æstuent.
 Liquidóq; athena plumbo,
 Fornax Idumes ardeat,
 Non deseram MARIAM.

23.

Scinea me vis arboris
 In mille frustra rumpat,
 Mucro latronis hauriat;
 Hoc pectus, has medullas
 Orci furant insaniâ
 Et Attilæ, & Nerones,
 Avidæ cruoris bestię,
 Non deseram MARIAM.

24.

Tormenta mille me petant,
 Mors ipsa tendat arcum,
 Avernus omnis infremat,
 Pœnas, necésque cudad,
 Solvatur Orbis machina,
 In me cadant ruinæ,
 Faustis ruinis obrutus.
 Non deseram MARIAM.

25.

Perire præstat millies,
 Mortes subire mille,
 Raucis Maleæ faucibus
 Hiatisque mergi,
 Cessisse prædam Virginis
 Trinacriæ molossis,
 Aut fluctibus Sicaniæ
 Navifragum Charybdis.

26.

Lernæa colla septies
 Me glutiant colubri,

Fiam leonum pabulum,
Aut Tigrisum sagina,
Prius Draconum commolar
Famentium palato,
Rupto infidelis foedere
Quam deferam MARIAM.

27.

Trifida fulminantium
Me nubium sagitta,
Me rupta sub vestigiis
Dehiscat ima tellus,
Quam Phæbe me conspexeris
Divæ meæ rebellem,
Quam Luna me damnaveris
Foedis fragum MARIÆ.

28.

Hæc una demit criminum
Tutrix reis catenam:
Hæc nube velat gratiæ,
Et protegit nocentes,
Hæc placat iram Numinis,
Manumque fulminantis,
Hæc est futuræ publicum
Compendium salutis.

29.

Hanc qui protervus deserit,
Hunc deserit MARIA,
Hanc nullus invocavit,
Quin senserit Patronam,

Hanc, quam Senatus Cæli-
tūm
Dei colit Parentem,
Et nos deinceps servuli
Amabimus MARIAM,

30.

Amabimus: quis non amet
Cæli favore plenam?
Amabimus: quis non amet
Salutis Architectam?
Magni Parentis Filiam,
Et Filii Parentem,
Sacrique sponsam Flaminis,
Thronumque Trinitatis?

31.

Quicumque Te non diligit, (g
Non diligitur à Te,
Quicumque Te despexerit,
Despectus est & à Te.
Te quisquis invocaverit,
Hunc invocata servas,
Conversus ad Te salvus est.
Aversus interibit.

32.

Ergo suprema Judicis
Cum me citarit hora,
Et Mors reum vocaverit
Prætoris ad tribunal,
Tunc *ADVOCATA* servuli
Mater Tui memento,

Damna-

(g S. Anselmus in medit. orat. devotiss. ad B. V. M. & S. Bern-
nard: in sermonib.

Damnationis literã
Ne scribar inter hostes.

33.

Tunc Virgo summa respice (b
E Regia trementem,

Et præfolantem Nomine
Vel gratias; vel iras,
Tuere, dextrã porrige,
Terrãque sublevatum,
Ad dexteram me Filii
Fac siste mitigati,

Illos Tuos misericordes oculos ad nos
converte.

O D E X.

1.

O Virgo! Mater auxili
Opis potens ferendæ!
Tu splendor Orbis, & decus,
Mortalis ara Culpæ.
Alternã quæ commercia
Poli, solique versas,
Paciferisq; fœdera,
Mortalium, Deique.

2.

Tu mitis invocantibus
Manum Patrona præbes,
Tu vota supplicantium
Gementiumque questus
Quater beato terminas,
Et exitu coronas,
Nullumque torva despicias,
Sed respicis serena,

3.

Benigna Tutrix Exulum
Et Una spes reorum :

(b S. Basilus Seleuc, antist.

Quies peregrinantium
Pharusque navitarum,
In Orbe deviantium
Ariadna Theseorum,
Securitatis Ostium,
Clavis beatitatis.

4.

Tu flexilis, Tu prodiga
Mortalium saluti,
Nostris ades periculis,
Audisque deprecantes,
Sunt (quis neger) sunt cæci
In nostra vota Divi,
Sed Tu faves præ cæteris
Pandora gratiarum.

5.

Gens gloriosa (Cælites)
Mundoque proma Cœli
Cælique promptuaria
Suos habent favores :

Parti

Partitur ille gratias
Divum Senatus Orbi,
Largusque dotes dexteram
Petentibus ministrat.

6.

Numen suos (quis ambigat
Sed sanctiore cultu)
Habet suos Apollines,
Hippocrates, Galenos,
Conso, Gradivos, Hercules,
Amazones, Minervas,
Castas Dianas, Pallades
Viraginesque Vestas.

7.

Hi dona supplicantibus
Divite profusa cornu
Elargiuntur omnibus,
Quos servitus malorum,
Et dira clades corporis
Infestat ægriens,
Et dura quos necessitas
Angit, premittitque luctus.

8.

Dextram medente Cælitum
Vis pertinax veneni,
Atque hinc solvitur,
Ulcusque virulentum,
Febris fugit diaria,
Quartana, Tertianæ,
Marasmus, ardor hæctices,
Et Iliacæ dolorum.

9.

Armata quot doloribus,
Acuta tot sarissis,
Pleuritis, omnes exiit
Lateris furentis æstus,
Et quem Charonti Navitæ
Naulum parabat æger,
Fugiente morbo lætior
Divis dicat Galenis.

10.

Angina, bilis, syncope,
Deliriumque mentis,
Arthritis, hydrops, pectoris
Inflata tympanitis,
Syntectica, lienica,
Nephriticaque pestes,
Phthisis, Phrenitis, ultimam
Subit coacta Thulen.

11.

Quæcunque corpus agmina
Agunt sinistra bellis,
Divum premuntur dextram
Fugantur & sinistra,
Eliberata compedes
Seram cadunt solatæ,
Morsique vivunt gurgite,
Lapsuque funerati.

12.

Hos expavescunt Inferi,
His fulminantur umbræ,
Illis suos jubentibus
Reddunt sepulcra manes.

Redi-

011
+10

Rediviva surgunt corpora
Terræ evocata claustris.
Jactamque Mors arundinem
Retorquet in pharetram.

13.

Hi guttulas: Tu flumina
Fretumque Diva fundis:
Hi Gemulas: Tu Regias
Spargis, plusque gazas:
Et sparsa quæ per cæteros,
Compendiatur in Te,
Tu jura claudis omnium,
Et dona gratiarum.

14.

Tuis tenentur omnia,
Et brachius fovetur,
Per Te beantur sidera,
Per Te beatur Orbis,
Ubi finis est, & terminus,
Et meta cæterorum,
Tibi finis est exordium,
Et origo gratiarum.

15.

Circum potestas legibus
Est scripta, terminisque
Quas circumavit Numinis
Manus suprema sphaeras,
Has transilire nemini.
Nec ampliare fas est,
Sunt claustra certa munerum
Sunt septa gratiarum.

16.

His meta stat: Te terminis
Nec meta figit ulla,
Horum *columnis* scribitur
Non plus, favoris, ultra;
Tu longius, Tu latius
Ultraque plus, & ultra
Nascentis oras Cynthii
Extendis, & cadentis

17.

Tu limites profundius
Scrutaris, altiusque
Soli Deo reconditos
Æternitatis orbes,
Interminata possides,
Perambulas abyssos,
Cælique sola cardines,
Et orbitas pererras.

18.

Summi Tonantis Filia
Præ sæculis creata.
Electa præ tot millibus,
Dilecta sola Nymphis
Verbi Parens Altissimi,
Matérque Conditoris,
Sanctique Sponsa Flamini
Et Arrha Trinitatis.

19.

Tu sola Thesauraria
Regis MARIA Regum

(* Raym. Jord. in Prologo.

Ad dexteram stans Filij,
Sacris corusca flammis,
Circum metallo nexilis,
Vestita dives auri.
Et plena fulges gratiis,
Deoque plena turges.

20.

In Te tot ardent irides,
Quor emicant favores.
Quot astra cæli splendent,
In nos fluunt amores,
Tu Matris ulnas explicas.
Sinumque prona pandis,
Amplecterisque supplices,
Amabilis Clientes.

21.

Frontis benignæ lumina
In nos serena verte,
Ut sol reflectit Cynthiae
Frater jubar forori.
Suoque cæcæ luminis
Fulgore replet Orbem,
Sic Virgo nostros respice
Tui calore vultus.

22.

Magnetis ut vim proximi
Ferri sagitta sentit,
Semper poli convertitur
Ad alta signa telum,
Et inquieto palpitat
Tremitque lingua motu,
Donec suæ conspexerit
Quietis unionem.

23.

Imago solis florida,
Flos subsequax euntis,
Ortum salutat Principem,
Bonumque manè dicit.
Et occidens jubet benè
Fidum valere fidus,
Flexaque fronte gratias
Se præstat intuenti.

24.

Sic nos Tuo suavissima
Dignare Virgo vultu,
Magnetis instar attrahe,
Nos ductiles sequemur,
Seu ferreos, seu floeos,
Magnesve, Cynthiaeve,
Imple Tuo nos numine,
Et luminis favore.

25.

Per Te licebit vivere,
Licebit & moveri,
Ut herba germinabimus,
Trahemur ut metallum,
Vultus Tui potentia,
Serenitasque frontis,
Caliginoso crimum
Nos tollet è sepulcro.

26.

Ad istud æquor luminis,
Flumenque gratiarum,
Accurre quisquis pressus es.
Aut angeris, dolésque,

Hic

OW
40

Hic dia cæli flumina,
Et luminum saporés
Plenis bibes carchesiis,
Et hauries culullis,

Hic largitas, hic faustitas,
Hic fanitas, salúsque,
Amænitás, securitas,
Immensitas bonorum,
Hic obviis Beatitas
Te basiabit ulnis.

27.

Accurre, quisquis Irus es,
Aut Jobus in simeto,

Et JESUM benedictum fructum ventris tui
nobis post hoc exilium ostende.

O D E XI.

1.

Regina! nam quo nomine
Te digniore dicam?
Regina! Regis Filia, (a
Matérque præmiantie
Et judicantis Numinis
Post fata; servitutis
Tu merx mex, Tu cordis es,
Et una meta vitæ.

3.

Cui me perenni fœdere,
Votóque mancípavi,
Tantæ Parenti, filius,
Magnæ Cliens Patronæ.
Heræ potenti servulus,
Stat usque & usque vitæ
Fidémque Mundi Præfidi
In fata mancípare.

2.

Electa præ tot millibus
Et millibus *MARIA,*
Cui vota dixi *ferrea,*
Et aureos amores:
Mer caloris terminum,
Meique pacta cultûs,
Non ulla ponent tempora,
Nec lustra sæculorum.

4.

Prius sequetur vertagum
Lepusculus paventem,
Dentésque figet tergoris
Velocior Lyciscæ,
Et de subactó Lælapæ,
Victor feret triumphum
Quàm Terram me, vel fidei
Testentur infidelem.

(a Richard, à S. Laurent. lib. 6, pag. 405r

5.

Rictu cruentæ belluæ
Lynces, Tigres, Leones,
urata jungent foedera,
Et mutuos amores;
Panthera gignet capream,
Et nutriet capellam,
Prius: MARIÆ perfidus
Quàm dicar esse servus.

6.

Riphæus horror Thraciâ
Cum grandinârit Arcto,
Gelique terras strinxerit,
Famensque deviantem
Lilvis ovem deprênderit
Lupus, prius famebit,
Prædæq; parceret; quàm ferar
Fædifragus MARIÆ.

7.

Prius volabunt aëre,
Squamosa turba, pisces,
Habunt volucres æquore,
Et dividunt procellas,
Totam relinquunt patriam,
Hæ prata, & illi arenas,
Quàm criminofus audiam
Ut proditor MARIÆ.

8.

ete, gigantes æquoris
Et piscium Monarchæ,
amque, & Hyblam, &
Mænalum
Et florulenta Tempe

Scandent, & herbam, & gra-
mina
Fœnumque ruminabunt,
Cum bobus ad præsepia,
Quàm deferam MARIAM.

9.

Regnum petent Neptunium
Cervique, Damulæque,
Et Orcaes cum Capreis
Palæmoni litabunt,
Seséque cum Sirenibus
Jungent prius Cameli,
Quàm non probatum sentiat
Suum Patrona servum.

10.

Ursos Acanthis cassibus,
Tigrésque vinculabit,
Alces Cothurnix vinciet,
Fortes Alauda tauros,
Sternet Gryphes Acredula,
Et Pfiticus caballos,
Quàm me solutum nexibus
Cernet meis MARIA.

II.

Per nubium tentoria
Ducent Apri choreas,
In arborum pinnaulis
Verres haras locabunt,
Jugum columbæ hubulum,
Cygni trahent aratram,
Quàm criminis divortio
Divellar à MARIA.

F

12. Titan

OH
+

12.
Titan tenebras induet
Aurora pulcra noctem,
Frigebit ignis, & gelu
Nivemque flamma gignet,
Ferent dolorem gaudia,
Et gaudium dolores,
Virtus rea: at non criminis
Reus Cliens MARIÆ.

13.
Has rerum & Orbis Sinchyfes
Et Systolas, stupentis,
Has syncopas, & syncrises
Natura sustineret,
Mundus migraret in chaos,
Et in Notos abiret,
Quam fcedus hoc, quod for-
tius
Adamante stat, MARIÆ.

14.
Et Tu fidelis servuli
Et filii memento;
Meæ salutis anchora,
Spes, Stella, cymba, portus,
Nec me fidelem desere,
Amæque diligentem,
Suprema cum sententia
Me iudicis citabit.

15.
Tunc O MARIA subveni,
Ostende Matris ulnas.
Tunc insolentis Tænari
Iras, minasque frange,

Elide rictus Cerberi
Trifaucis, & tremente
A fulminante Numinis
Me libera furore.

16.
Tunc plena melle Filij,
Et ora plena lacte,
Qualem recens puerpera
Enixa Virgo partu
Tractabilem, placabilem
In Bethlehem dedisti,
Ostende plenum gratis
Tuum MARIA JESUM.

17.
Ostende JESUM linteis,
Pannisque fasciatum,
Matris papillas uberum
Lactibus prementem
Fixis rubentem basiis
Amplexibusque stricis
Dum discit Infans noscere
Parentis ora visu.

18.
Cum lætus inter brachia
Maturior jocatur,
Sinuque ludit Parvulus,
Matrisque colla stricis
Reciprocaturque basia,
Et pressa labra, labris
Frontem serenus, emittit
Plaudit, salitque Papillis.

19.
Cui nubis expers purpurea
Aurora prima vultum

Mollésque Veris insidet
Charis decora malas ,
Cui. bina soles, lumina
Ardoribus coruscant ,
Calíque plena flammulis
Cor vulnerant amanti.

20.

Cui lambit aurum tempora
Sin-anci-pútque crispat,
Multáque cunas iride
Thaumantias colorat,
Occulta lucis evibrat
Divinitas pyropos,
Deúmque Pacis omnia, (b)
Spirantque clamitántque.

21.

Tu, quam Dei caducifer
Legatus Ales astris
Plenam vocavit gratiá, (c)
Non imparem tulisti
Virgo. Parénsque Filium
Divinitate plenum.
Plenúmque Matris gratiá,
Et suavitate plenum.

22.

Totus Parentis induit
Vultúmque, gratiásque
Oculos, manus, & osculum,
Matrizat ille totus,

Et gratiosa Mater est,
Natusque gratiosus,
Est mitis hæc, est mitis hic,
Suávis hæc, & ille.

23.

Olim tonans & fulminans, (d)
Iráque plenus arsit,
Involvit Orbem fluctibus, (e)
Fusísque merfit undis,
Picis pluit torrentibus, (f)
Et sulphuris procellis,
Et integros exercitus (g)
Severus interemit.

24.

Hiare Terræ pondera (h)
Jussit, reósque mergi,
Vivósque claudi ruderum,
Et vallium ruinis,
Ast plena postquam gratiá
Deum Parens tulisti,
Tunc totus est & gratiá,
Deúsque melle plenus.

25.

Clementiam cum sanguine,
Pectúsque molle traxit,
Cum lacte luxit gratiam,
Et exuit furorem,
Desuetus undis mergere,
Et ignibus ferire.

F 2

Re-

(b) 2 Cor. 13. 11. (c) Luc: 1. (d) Exod: 13. Exod: 33. (e) Gen. 7.
(f) Gen: 19. (g) Num: 16. Exod: 33. (h) Psal: 104. Deutor:
16. Num: 16.

Reosque segnis plectere,
Sed supplices tueri.

26.

Tremendus inter fulmina,
Et nubium boatus (i
Mosi locatus Legifer
Circum fremente caelo,
Tonitruis & fulgetris,
Micantibusque flammis,
Montemque Sinam fumo
Obnubilante peplo.

27.

Tubis ferum strepentibus,
Et buccinis, adesse
Concussa Tellus innoit,
Motusque Mons tremore
Magni Dei praesentiam,
Pavore mortis acta
Judaea gens, quem territa
Exhorruit Tonantem.

28.

Nullis pavendus ignibus
Minisve torvus Infans,
Irasque nullas asperat
In fata saevientes,
Sed Matris inter brachia
Et ridet, & jocatur,
Tenerasque sponte palmulas
In osculum propinat.

29.

Instar Gigantis exiljt (k
Magnus Deus Deorum,

Caeli pererrans cardines,
Terraeque vastitates.
Aeternitatis ambitum
Metatus & profundum,
Mundi que pondus pollice
Suspendit universi.

30.

Immensitas, quam terminis
Nec meta claudit ulla,
Cui totus Orbis punctus
Caeli, pedum scabellum,
Qui major omni, quidquid
Potestque mente fingi,
Hic implet ulnas Virginis
Et clauditur lacertis.

31.

Jam totus est placabilis,
Amabilisque totus,
Ceu plena fructu vinea
Praegnantibus racemis
Aut campus uber floribus
Gemmante rore tinctis
Credas ut illis Irides,
Merisque inesse soles.

32.

Qui liliatum totus est,
Et totus est rosetum,
Candens, rubensque palcat
Emmanuel butyro,
Et melle, totus saccharum
Totusque nectar Infans

(i Exod. 19, (k Ps. 18. (l Job. 22, (m Isa. 40, (n Cant. 5, (o)

Totisque natus gaudiis,
Amoribusque totus.

33.

Qui totus est Humanitas,
Suavitasque totus,
Dignatus est qui sanguinis
Nostratis esse frater,
Cui nulla pectus efferat,
Nec turbat ira vultum.
Nec vindices in dexterâ,
Nec ore fert sagittas.

34.

Sed quas sagittas dexterâ,
Et quas gerit sinistrâ,
Sunt vulnerantis spicula
Amoris, & sagittæ,
Quas è pharetra pectoris,
Cordisque misit arcu
In nos amoris è cruce
Testatus esse tela.

35.

Quot namque stillant vul-
nera.

Tot tela sunt Amantis,
Nostris Manus amplexibus,
Pronasque pandit ulnas,
Inclinat orans verticem,
Ut annuat petenti,
Et Cæcus Amor, & nudus, &
Inermis in nocentes.

36.

Ostende talem fontibus
Spes Exulum Maria,
Tui pudoris, Filium,
Ventrisque Virgo fructum,
Non iudicem, non vindicem
In probra sævientem,
Sed Advocatum fac Patrem
Ostende, Teque Matrem.

OW
+

O Clemens, O Pia, O Dulcis Virgo
M A R I A.

ODE XII.

I.

Hospes, Charisque Vallium
Habitare sueta petras,
Specumque, cui tot victimas
Ad Virgines acerras

F 3

Amor

Mons Virgo, custos montium
Nemorumque Diva (a)
Præses.

(a) S. Damasc. orat. 3. de Nativ. B. V. M. Andr. Cret. orat. de
Assump. Rupert. Ab. 1. 2. in Cant. S. Bonav. in spec. Mar.
Lect. 14. S. Greg. Pap. in lib. 1. Reg. 1. Guerrie. Abb. serm.
1. de Annunt.

Amor sacerdos immolat,
Quot corda consecrantur.

2.

Mons Ephraim, ter dignus es (b)
Mons Ephraim vocari,
Mons Ephraim qui *Montium*
Sublimis inter omnes
Excedis unus vertices,
Infráque Te minores
Ceu *stirias*, nubigrados
Temnis, premisque colles.

3.

Verruca Calpe Saxeæ,
Pygmæus Oeta clivus,
Etnanus Appenninus est,
Et fungus est Olympus,
Tubérque terræ Caucasus,
Pelorus, Othrys, Ossa,
Parnassus, Ida, Pelion
Pindus, Pelorus, Hæmus.

4.

Super Planetas altiùs
Frontem, capútque tollis,
Et astra cunéta despicias
Procerior, thronúmque
Attingis altum Numinis,
Dióque rore plenus
Et germinas, & parturis
Vindemiam salutis.

5.

Mons Ephraim, *Mons vitifer*,
Mons frugiger *MARIA!*
Mons vite vernans *Cypriá*,
Eng addicis racemis,
Botróque prægnans *Nectari*
Dulcique mellis *Uvâ*,
Totus Falernus *Ephraim*,
Hymettus, *Hybla*, *Cynth*

6.

In cæterorum vertice (c)
Mons Montium locatus,
Opus Potentis dexteræ,
Magni Tonantis *Ædes*,
Sedésque, quam ter mens
Tribus occupavit *Hol*
Et in hoc, *Patris spectabilis*
Se fecit esse *VERBUM*.

7.

Mons Dive! stillans balsam
Et fistulæ medullâ,
Guttisq; myrrhæ, & lac
Thuris, favóque florant
Animáque fragrans cinnam
Storacis, crocique succo
*Nardi*que spicâ, & liliis
*Rosis*que, galbanóque

8.

Vallate Cedris Libani,
Sionis Cypressis,

(b) 1. Reg: 1. S Greg: Pap: in lib. 1. Reg: c. 1. (c) Cantic
(d) S. Greg: Pap: in lib. 1. Reg: c. 1. (e) Cantic: 1. Eccli
(f) Eccli. 24.

Palmae Cadanae frondibus,
 Rosariis Jericho, (g
 Platani comanti gloria,
 Et arbutis Olivae,
 Solisque plene lumine,
 Et Numinis calore,

9.

Cantate mille laudibus,
 Celebrate mille linguis,
 Quo Te, flex encomio,
 Et licca petra Vates
 Nulla madens aspergine
 Divinioris undae
 Cantabo? qui nec Castalin
 Bibi, nec Hippocrenen?

10.

Cui plaustra plena plausibus,
 Navésque devchuntur,
 Et Virginales personant
 Odæa mille dotes;
 Quotquot vagantur sidera,
 Hærentque fixa cælo,
 Tot terra plaudit jubilis,
 Et Astra tot triumphis.

11.

Quis explicet tripudia.
 Trophæa, ferta, palmas?
 Cælestiumque mentium,
 Canora vota, cantus?

Quæ nulla vis mortalium,
 Oculisve vidit ullus,
 Nec auribus, nec cordibus
 Audita curiosis.

12.

Animatur aër musico,
 Nemorumque lustra cantu,
 Suis Napææ montibus
 Oreadésque petris,
 Castæque Nymphæ vallibus
 Sacras dicant Camænas,
 Dryadésque lætos Virgini
 Discriminant triumphos.

13.

Suam loquaces invocant (h
 Frondosa tesqua, *Sylva*
Quietis, almam thureis
 Vaporibus Dianam,
 Mopsúsque agit Palilia
 Suæque sacra Divæ,
 Corydon & Ægon Helveti (i
Sanctâ litant Erema,

14.

Stirus Palæmon *scrupens* (k
 Spelæa cella *Cellas*,
 Vallésque saxis horridas,
 Et *Virgines Cavernas*,
 Thyrsis canit Conymbrius (l
 Versusque cantor addit,
 F 4 Echó-

(g Ricciolus: apud Hebræos *o* = (h B. V. M. in montibus Tyro-
 len: siva quietis, seu *Baldtraff*. (i B. v. M. in Helvetia: *Eins*
siedel. (k B. V. M. in Stiria, *Cellentis*. (l B. V. M. de *Caverna Co-*
nymbriæ in Luktania,

Echóque dum reciprocát
Laudes, reponit audes?

15.

Audet melos Georgica
 Inflare pastor oda,
Sanctisque carmen Montibus
 Buxúmque mancipare,
 Latiúmque; *Montem Virgin: m: n:*
Ortámque, Caliúmque,
 Silesios & Zechicos
 Celebrare Pan avená.

16.

Sub Monte Serrá fissili, (n
 Caváque rupe Pastor,
 Tarteffiorum Præfidem
 Qui collium celebrat,
 Dulcem susurrans Eclogam
 Suavi sonat cicutá,
 Magnæque Damon Virgini
 Iberus addit odas.

17.

Suos Alexis tibiá. (q
 Cornu suos Amyntas,
 Tilia sub umbra conferunt,
 Et consecrant calores,
 Lætúmque Matri personant
 Pœana Nazarenæ,
 Plenisque plaudunt utribus,
 Et litigant avenis.

(m B. V. M. in Monte Virgin: in Italia. Paduz in Italia. Wartem
 Silesia, Przibramii in Bohemia. Montes Sancti. (n In Monte Serr
 Hispan: (o B. V. M. in Tilia, Bavar: Oetinxæ. (p B. V. M. ad
 borem Ravennæ. (q B. V. M. Foiensis in Belgio.

18.

Mycon *Ravennæ ad Arborem*
 Certare par Jólæ,
 Saxo reclinis æmulam
 Arundinem fatigat.
 Movétque litem Tityro
 Sanctâ superbus irâ,
 Et ad coronam provocat,
 Victoriæque palmam.

19.

Est Belga Daphnis, *Fois*
 Qui servat alta *Silva,*
 Uni dicatus *Quercui,*
 Cui se, suosque amori
 Inscribit hirtio cortici,
 Truncóq; NOMEN
 PALI SUÆ, TER MAXI
 ET VIRGINI, ET
 RENTI.

20.

HUIC SE PERENNI
 DERE
 VOVET QVE, DE
 CAT QVE
 DAPHNIS, SACRAM
 MANCIPIAT
 CHELYN QVE, BAR
 TUM QVE,
 SOLI LOCANDAM GLOB
 ET HOSPITI MARIÆ

CUI QUERCUS ISTA, GRA-
TIÆ
EST ARA, DAPHNIS
IGNIS.

21.

Sunt qui Sabæis regium
Odoribus tribunal,
Arabumque Eois imbuunt
Succis, thronumque gem-
mis,

Chresaque gazâ fusiles
Discriminat columnas,
Tholique figunt aureas
Coronidi lucernas.

22.

Sunt qui trophæa Palladi
Bellique signa sternunt,
Amazonemque prædicant,
Heroidem, Camillis
Robustiore singulis,
Et omnibus Judithis,
Dei Parentem, maximi
Fortissimam Gigantis.

23.

Sunt qui jubar, qui gloriam
Byssum, decusque formæ,
Frontis nivem, qui lilia,
Ebur, ligustra, gemmas,
Oris rosas, corallia,
Et purpuram genarum,
Cachelis uni conferant,
Et imprimant MARIÆ.

Proverb 31.

24.

Formosa centum diceris
Virgo elegantiarum,
Quam Solis ambit circulus,
Pedesque Luna lambit,
Vultu relucent sidera,
Aurora tota crine,
Tuumque spirant lumina,
Frons, ora, lingua *Natura*.

25.

In Te locavit Numen, &
Natura mater omnes,
Quascumque vidit uspiam
Natura pulcritates,
Vel inclutæ miracula,
Et monstra rara formæ
Laudavit Orbis uspiam,
Helenisque Gratiisque.

26.

Multas Sionis Filiæ (*)
(Magni talenta luxus)
Superbientis undique
Mundi tulere gazas,
Opesque ditis Indiæ,
Gangeticasque gemmas,
Tu singulorum copiam
ADAMANTE vincis UNO.

27.

Tu solis ostro fulgnas,
Ardesque Solis auro,
Argenteis Lanæ comis,
Et cornibus corasceas.

F 5

Amoris

011
400

Amoris Ære dives es,
Cælique margaritis,
Et omnis elegantia, &
Es plenitudo formæ,

28,

Quæcunque stat formositas,
Comisque splendor oris,
Monstrum potest Æfopicum,
Deformitasque dici:

Galathea, præ Te, Gellia est;

Thaisque nigra dentes, (s)

Anusque scabram Caspia

Rugis arata frontem.

29.

In Te salutant publicam

Sara beatitatem,

Felicitatis filiam,

Fausti que *Solis aram,*

O ara! Sara! mylica

Salutis ara nostra, (†)

Nostri propago gaudii,

Risusque faustitatis.

30,

In Te Suavis basiant

Prudentiam Rebecca,

Rari que dotes ingenj,

Animique *mitatem*

Nullis malorum fluctibus,

Nec imbris solutam,

Nec Sortis Austris dexteræ,

Nec Africis sinistrae.

31.

Sunt qui *Lia* puerperæ

Matrisque dignitatem,

Ceu fertilis vindemiæ

Fructumque ditis horti

Tuo feracem conferunt

Uteroque, partuque,

Lippam serenæ Cynthia,

Lucique lasciosam.

32.

Solertiam, qui *Debbora,*

Sapientiamque Vatis

Dignis *Prophetem* canticis

Lapidotheam celebra

Noctem, diei comparatam

Solisque lumen umbrae

Palmam genitrix, palmitum

Rubo, Cedrum myrica

33.

Formosa vultus Numina

Casto decore torva,

Virtusque formæ masculina

Et forma puritati

Certant, utraque gratia

Amorne, sanctitasve

An castitas amoribus

Præstet, pudorve formæ

34.

Hæc in pudica prælia

Animique, corporisque

(s) Martial. (†) Hymn. Græc: apud Bur.

Hesere, sacri codicum
Memorant, canuntque
fasti:

Ast Te sub umbra Nominis
Quæ Veritas es umbræ,

Hesere gratiosior,
Deprædicant MARIA,

35.

Duri marita Nabal's,
Utrisque vinolenti,

David Ducis, quæ vindicem
Acinacem repressit,

Stultique crimen conjugis
Modestia diremit,

Tuæ est typus *prudencia*,
Et comitatis icon.

36.

Susanna casti nominis, (u
Et integri pudoris,

Vestalis instar Virginis
Ferox tueri formam,

Senilibus lenonibus
Amata, concupita,

Mortem subire pertinax,
Quam non pudica dici.

37.

Sui severa foederis,
Thorique conjugal's,

Fideisque constans, nemini
Secunda foeminarum,

(u Daniel. 13.

Uni subesse Virgini,
Unique ferre palmam
Susanna supplex cogitur,
Et nosse castiorem,

38.

O foeminarum foemina!
O Virginum Virago!

O Gratiarum Gratia!
Charitum Charis MARIA!

O omnium mortalium
Mortalis *Una* vitæ,

Salus salutis perditæ,
Parénsque, conditrixque.

39.

Herois O fortissima,
Pallásque gloriosa.

Non metienda robori
Amazonum, nec armis,

Tot laureata præliis
Victoriisque dives,

Et tot triumphis inclyta,
Quot censet astra cælum.

40.

In Te velut signaculo
Fides notata *Sara*,

Laudatur *Hospitalitas*
Raab, relucet *Anne*

Pietas, *Rutha* *submissio*,
*Sunamitidis*que *dotes*,

Et omnis excel'ssimæ
Virtutis altitudo.

41. Hinc

41.

Hinc multa Te panegyris
 Cælo, solóque parta,
 Perennibus concentibus
 Amoribusque mulcent,
 Superque terras musici
 Tollunt ad astra cygni,
 Tuóque cantant Numini.
 Et Nomini MARIA!

42.

Sint (cedo palmam gloriæ)
 Qui floribus coronant
 Vates, rosisque Rhetores
 Famam thronúmque Di-
 væ;
 Sit fastamen *Clementiam*,
Clementiaque seclm,
 Et amoris in nos ostium
 Præ cæteris notare.

43.

Regem decet Clementia,
Subjectio Clientem,
 Ignoscit ille crimini,
 Fatetur hic reatum,
 Virtus sit ut *clementia*,
 Talisque digna dici,
 Hoc criminis confessio,
 Facitque culpa noxæ.

44.

Et Te decet *clementia*,
 Mitisque oliva cordis,

Regina Dulcis & pia, Tu Virgo
 Mel tota, saccharúmque Ferie
 Et omnis indulgentia,
Clementiaque Mater, Theop
 Cui sanguis in præcordi Man
 In nostra vota bullit, Suóque
 In Da

45.

Habes nocentem supplic
 Reúmque confitentem
 Multo rubentem crimine
 Culpáque compeditum
 Dignum catastâ Tartari
 Et angibus Megæarum
 Et hiantis ore Cerberi,
 Alvóque glutiendum

46.

Fucare crimen, crimen
 Cui frons notata noxæ
 Judex meus, mens, torrens
 Reatus inquietus,
 His testibus sententiam
 Præstolor ultionis,
 Ni me Tuæ *Clementia*
 Patrona dextra serve

47.

Perennibus quot ignibus
 Æternitatis æquor,
 Et quot Charybdis Tænarum
 Et Scylla glutiisset?
 Nicùm vibraret in reos
 Trisulca tela Numen

Tu Virgo Clemens, dexteram
Ferientis arcuisses?

48.

Theophilus Chirographo
Manceps dicatus Orci, (*)
Suoque scriptus sanguine
In Dæmonum cohortem,
Perfusus ora fletibus,
Tuam nocens ad aram
Emmolliit Clementiam,
Tu Judicis Stateram.

49.

Expertus hic, quem nomino:
Sunt mille, mille plures,
Quos gratiarum supplices
Vis ambiit Tuarum,
Et quos Tuæ Clementiæ
Recepit amplitudo,
Sinusque strinxit obviis,
Favorque Matris ulnis.

50.

Maria pellex Mempheos,
Et Idalis Canopi,
Formosa Siren, Cyprio
Contagiosa vultu,
Illex choraga cordium,
Et mentium Charybdis,
Scyllæa naufragantium
Libidinum vorago.

51.

Helena precis Ægyptia
Nilique nota Lais,
Supplex ad aram Virginis
Contrita cor dolore,
Genas rigata lacrimis,
Et deprecata culpas,
Experta Matris gratiam est,
Et Numinis favorem.

52.

Te deprecante vindicis
Refedit ira Nati,
Exasperatas exiit
Frons explicata nubes,
Et sol reluxit purior,
Lumenque gratiarum,
Et ultor omnes dispulit
Zelus furoris umbras.

53.

O ergo Clemens subveni,
Piâque tende dextram,
Cordis Tui dulcedinem,
Et amoris adde nectar,
Ut jure possim dicere
Exul, Reusque, Salve
O Virgo, Clemens, O Pia
Dulcis Parens Maria.

Ad Te

(*) S. Petr: Damian: serm: 1. de Nat: B. V. S. Bernardus Deprac:
ad B. V. M. fol. 246. Honorius serm: de Assumpt. S. Antoninus
4. part: sum: tit: 15. S. Bonavent.

AD Te ergo O Clemens indigentibus ! O Pia & inn
 orantibus ! O Dulcis diligentibus ! O Clem vero
 Pœnitentibus ! O Pia proficientibus ! O dulcis rem T
 templantibus ! O Clemens laborando ! O Pia larg defend
 do ! O Dulcis Te donando ! O Clemens consolau audac
 O Pia blandiendo ! O Dulcis osculando ! O Clem Idolum
 effectu ! O Pia in affatu ! O clemens in conceptu ptuosè
 Pia in aspectu , dulcis in amplexu , dulcis in amori nem ,
 Etis , Clemens in subjectis , pia in correctis , dulc nus ex
 dilectis. O Clemens ! O Pia ! O Dulcis Virgo Ma sumat
 A Te , inquam (liceat mihi cum magno illo , T no affe
 rum encomiorum defensore acerrimo Mariophilo etiam
 P. Petro Canisio dicere.) *Augustissima Regina tionis*
démque fidissima Mater M A R I A , quam human
ne fructu piè nullus implorat , & cui mortales sum
beneficiorum memoriâ sempiterna devincti sunt , et DIG
atque etiam reverenter oro & obsecro , ut hoc VIR
cumque observantiæ erga Te meæ testimonium ut noc
& gratum habere velis , utque oblati muneris ex phonsu
tatem studiosa offerentis voluntate metiri , ac tuo prio m
potenti Filio comprobare digneris. De hominum videbor
diciis non laboro ; quæ pro ingeniorum & affectu aut fil
varietate sunt diversissima ; & in horas muta adscrib
 Horum dentes fugit nemo , nec effugiet. Te Deum
 suffragio meus hic labor , non dicam , commende eamque
 sed saltem excusetur , tuoque patrocinio fulcra cunque
 satis est. Nulla me vanitatis ad Tuas laudes scri comple
 das induxit ambitio , Juratus , & à puero cultus

(*) P. Petr. Canisius ut sup. lib. 5, cap. 31, in fine opet

& innumera beneficia immerito concessa, maximè
 verò Parthenium Marianæ Sodalitatis votum hono-
 rem Tuum ubique promovendi, propagandi, &
 defendendi, quotidiano cultu emissum, animum &
 audaciam scribendi fecerunt. Atque hinc illud Orbis
 Idolom, *quid dicent homines*, quòd tam præsum-
 ptuosè audax illam tentem celebrare Virgi-
 nem, cui laudandæ nulla lingua, nec calamus hacten-
 us existit, nec existet, qui condignè possit, aut præ-
 sumat de ea loqui, penitus repudiavi, fretus mater-
 no affectu, qui filiorum aut clientulorum suorum,
 etiam tenuia obsequia non respuit. (b) Titulus *Subje-*
ctionis, Obligationis, Gratitude, & Amoris omnem
 humanorum judiciorum formidinem exclusit. (c) *Non*
sum Ephræm fateor, ut cum illo dicere audeam:
DIGNARE ME LAUDARE TE
VIRGO SACRATA; nec sum Damascenus,
 ut novos hymnos Tuæ dignitati spondeam; nec Hilde-
 phonsus etiam, ut ob suscepta pro Te certamina pro-
 prio munere cohonestet. Satis præmij verò retulisse
 videbor, si me albo tuorum, non dicam, amicorum
 aut filiorum, sed Clientulorum & servulorum saltem
 adscribi patiaris, Teque apud æquissimum Judicem
 Deum Patronam faventem mihi præbeas immerenti,
 eamque gratiam impetres, quæ ad hoc meum quale-
 cunque ministerium cum fructu obeundum, & perfectè
 complendum desideratur. *Ad extremum si quædam in*
 hoc

(b) Petrus Canisius sup. (c) S. Ephræm, in orat: ad Deip: Virg:
 Vide Joann: Hierosolym: in vita Damasceni. Vide Julianum Po-
 merium in vita Hildephonsi.

hoc Opusculo vel reprehendenda, vel corrigenda prudentibus videbuntur, haud sanè impedio, quò minus illi & charitatis jure nostra & reprehendant, & corrigant, quos amanter etiam rogo, ut pro candore suo condonent aliquid nostræ imbecillitati. Sin rectè à nobis aliquid & consentaneè scriptum est, nihil nobis hac in parte tribui, aut adscribi postulamus, sed hoc unum, ut assèpe, ità nunc etiam ex animo dictum ac repetitum volumus. **JESU CHRISTO** Opt: Max: redemptori, & **MARIÆ** incomparabili Virgini Matri in cælo, terræque, tum gratia, tum gloria sempiterna.



PARS SECUNDA.

LAURUS MARIANA,

Sive

LITANIÆ LAURETANÆ

Magnæ Cælorum Terrarúmque

REGINÆ

Paraphrastico Versu

cantatæ.

1.

Hate cæli fornices,
Et ære fusa moles,
Laxate claustra Cælites,
Et cardines Polorum,
Ut missa mentis Spicula
Cordis vibrata nervo,
Ad numinis Clementiam
Submissa dirigantur.

Job. 37.

2.

Effasciate nubila,
Cauri, Notique nubes,
Pateant revullis sidera
Zonisque vinculisque,
Eliberatæ fumeis
Tentoriis theatra,

G

Puri-

Purique scenas ætheris,
Altique vela ponti.

3.
Mens ardet in sublimia,
Ceu turtur evolare,
Ut altior licentiùs
Evecta libret alas,
Terris relictis fidera
Ut tranet, & salutet
Magnæ Parentis Regiam,
Et purpuram *Mariae*.

Psal. 57.

Pater de caelis Deus, &c.

KYRIE ELEISON,

4.
Divi favete supplici,
Votisque deprecantis,
Æternitatis, Principes
Attollitote portas,
Vestras fores attollite
Patulcÿ Tribuni!
Stat vota ferre Virgini,
Cantare stat, *MARIÆ*.

ETC:

5.
Audimur! Æthræ nubila
Se dividunt, paténtque
Almæ Sionis Pergama
Beatitatis Arces,
Arces Pyropis splendidæ,
Auróque fulgurantes
Magni tribunal Numinis
Sedes, Thronique Divûm,

6.

6.

*Pater! Creator omnium,
Natus, Redemptor Orbis!
Et Charitas quæ Numen est,
A Patre, Filioque
Utróque procedens Deus,
Trias, Deus, ter Unus,
Et Virgo, se spectabilem
Pandit, MARIA, seruo.*

7.

*Aures benignas Exuli
Votisque commodate,
Vestri miserti servuli
Culpasque deprecantis,
Thronum petentis gloriæ,
Venixque, gratiæque,
At Virgo, Te, præ cæteris
Vocem canentis, audi!*

8.

*Quamvis cicada veriùs
Culéxque credar esse,
Tuas MARIA bombilans
Laudesque, gloriámque,
Quàm dulcis oris Daulias,
Campique alauda Siren,
Tuum tamen ne spreveris
Culicem MARIA Vatem.*

9.

*O Virgo! cujus sanctitas,
Virtutis altitudo,*

G 2

Cæli

Sancta MARIA.

Cæli theatra transfilit,
Terræque vastitatem!
Quidquid Deus non dicitur,
Aut Numen æquat ullum,
His omnibus sublimior
Levata stat MARIA.

10.

Sancta Dei Genitrix,

*Nati Parens Altissimi
Genitrixque Sancta Verbi,
Solutus, quod UNUM protulit
Semel Deus locutus,
Æternus in vastissima
Æternitate VERBUM,
Hoc, carne virgo vestit
Hominis, Dei que Mater.*

11.

Sancta Virgo Virginum.

Augusta Princeps Virginum,
Chori choraga casti,
Agnum sequentis candidum, Apocal:
Lactis liquore lotum,
Qui pastus inter lilia Cant:
Formosior ligustris,
Cantantis illud canticum Apocal:
Quod sola Virgo, novit.

12.

Mater

*Mater (quid hac augustius
Est vo. e, sanctiusque?)
Mater (Deus quâ pulcrius
Nihil creavit usquam!)*

Mater (suam sic Filius
Dei, vocat columbam)
Regis, Deique Maxima
Christique Virgo MATER!

13.

Fœcunda Mater Gratia,
Et fons benignitatis,
Cujus pluit de dextera
Ros aureus honorum,
Cælestium vis munerum
Pleno scaturit alvæo,
Felice cornu copiae
Suos beans Clientes.

14.

Mater Pudoris integri,
Et gemma puritatis,
Integritatis Liliū,
Corona Castitatis,
Intacta nix, quam nulla pix
Serpentis inquinavit,
Serena Lux, quam nulla nox,
Nec nubilavit umbra.

15.

Amabilis, mirabilis
Matérque Conditoris,
Quem, qui salutis Author est,
Mundique Rex Redempti,
Maria Virgo mensibus
Prægnans Deo novenis

G 3

Orbit

OH
40

Christi.

Mater Divinae Gratiae.

Mater Purissima, Castis-
sima, Inviolata, Inte-
merrata.

Mater Amabilis, Ad-
mirabilis, Creato-
ris, Salvatoris.

Orbi dedit: *Væ corrigens,*
Marrisque Nomen Evæ,

16.

Prudentium Dux Virginum
Ad nuptiale sponsi
Penetrare præstolantium
Ardentibus lucernis;
Quam Ter verendam prædicant
Et mille prædicandam
Encomiis & laudibus
Colunt, canuntq; Nympham,

Matth 14

17.

Sceptrum premit quod dextera,
Quam fronte fert coronam,
Illius est potentia,
Et Imperi character,
Quo fulminantem Numinis,
Potest tenere Virgam,
In æviternos supplicum
Ne colla mergat ignes,

18.

Potentiam, Clementia
Passis salutat ulnis,
Hac Virgo Clemens prodigos
Amplectitur Clientes,
Opemque nulli subtrahit
Fidelis invocatam,
In morte præbens dexteram
Navifragis patronam.

Virgo Prudentissima,
Virgo Veneranda,
Virgo Prædicanda,

Virgo Potens,

Virgo Clemens, Virgo
Fidelis,

Speculum virtutis, Sc
des Sapientiae.
Candidioris Lætitie.
Vas Spirituale: Vas Ho-
norabile: Vas insignis
Devotionis.

19.

19.

Crystallus illa fūris est
In qua refracta formam
Astræ cernit, vitreo
Censoriam metallo:
Sedes reclinis illius
Est, quæ super Sophorum
Intelligit prudentiam,
Sapientiam, salémque.

20.

Questus, dolores, lacrimæ,
Hæc imperante cessant,
Est illa nostri gaudij
Origo, causa, sidus,
Fecunditatis publicæ,
Communis & triumphî,
Caliginémque mentium
Gementium serenat.

21.

Insigne Vas, quo conditur
Devotionis aurum,
Auri fluentis Spiritus,
Liquidæque vita gemmæ,
Et margaritæ sobiles,
Nardique, Cinnamique,
Animæque dulcis balsami,
Sanctique planta floris.

22.

Vas illud est, & cymbium
Dio liquore plenum,

G 4

Quo

OH
+

Speculum Iustitiæ, Sc-
des Sapientiæ.

Causa nostræ Latitiæ.

Vas Spirituale. Vas Ho-
norabile. Vas Insigne
Devotionis.

Quo nectar illud calicum
 Orbi Deus propinat,
 Vinumque castum germinans Zach: 4.
 Quod Virginum pudorem;
Vas aureum, vas gemmeum
Honoris & Decoris,

Rosa Myffica.

23.
 MARIA Tempe florida,
 Hymettus est MARIA,
 Est Hortus aurâ pensilis
 Dei manu libratus,
 Est omnium compendium
 Florumque pulcritudo,
Rosariumque mysticum,
Et suavitas Rosarum,

Turris Davidica.

24.
 Jessea Turris Regio
 Circum decora cultu,
 Quam signa cingunt bellica
 Vexilla, scuta, peltæ, Cant: 4.
 Et omne robur fortium
 Fusis rigens metallo,
 Chalybèque fulgens Martio,
 Lorica, Cassis, hasta,

Turris

25.
 Eburna Turris aureis
 Fastigiata pinnis,
 Stat firma, nullis hostium
 Eliminanda turmis,

Eburnea.

Domus Aurea.

Federis Arca.

Janna Celi.

Elephante belli machinæ,
Et cardines rotantur,
Elephante propugnacula,
Et valla fulciuntur.

26.

Domus (quid illa pulcrius?)
Dei Domus, Thronusque,
Septem columnis Regia
Subnixa fulget auro,
Auro coruscant atria,
Lacunar ardet *auro.*
Et fornices, & porticus,
Xistusque lucet *auro.*

Proverb: 9.

27.

Qui bella movit Numini
Cælo rebellis Hostis,
Fœdusque, culpæ pœnitens
Firmum, ratumque sancit,
Hanc tangat *Arcam Fœderis,*
Templique Pacis Aram,
Hæc porriget Chirographum
Et gratiæ, & salutis.

28.

Primi Parentis obice
Cæli obserata *Parta,*
Pandenda nulli, ferreo
Oppellulata veete,
Suos resolvit cardines,
Serâsque, pessulósque,

G 5

Cũ

Eburnea

Domus Aurea

Fœderis Arca

Janna Cæli

Cum facta Cæli Janua
Mortalibus MARIA.

29.

Cum Noctis horror ingruit
(Caligo densa culpæ)
Qui lumen Orbi sustulit,
Solémque gratiarum,
Hæc in tenebris *Phosphorus*
(Lucis Parens) serenat,
Abominandam mentium
Eoa Stella Noctem.

30.

Quæcumque tabes corporum
Sparso furit veneno,
Artusque dirus inquinat
Langvor, dolorque morbi,
Fugit *medente Virgine*
Vis omnis ægrientum,
Quæ robur est languentium,
Salusque sanitarum.

31.

Hæc Prodigorum Mater est
Miserta Filiorum,
Clemens Asylum supplicum,
Vas, Ara, Spes, Reorum,
Quæ pœnitentes obviis
Amplèditur lacertis,
Criménque deprecantibus
Pandit salutis ulnas.

Stella Matutina.

Salus Infirmorum.

Refugium Peccatorum.

Consolatrix afflictorum. Auxilium Christianorum.

Regina

21

32.

Quos lugubris nec effitas
 Angit, premítque luctus,
 Pressúmque pectus obsidet
 Exercitus dolorum,
 Et mille se perieula,
 Mortésque mille miscent,
Hos replet hæc solatiis,
 Nubésque mentis arcet.

33.

Ad luctuosa classicum
 Si clangat arma Ditis,
 Lunásque Pallas Thracia
 Terrá, marique vibret,
 Ferro Tyranni sæviant,
 Et hærefes veneno,
Hæc una Mater, Auxili
Par præstat Una, cunctis,

34.

Hæc Christianis dexteram,
 Hæc porrigit sinistram,
 Arcet procul pericula,
 Animæque, Corporisque,
 Clypeata stat succurrere
 Clientulis amazon,
 Invieta sævos cædere
 armata Pallas hostes.

35.

Huic pronus æther supplicat,
 Dominæque servit uni,

Huic

Consolatus afflictorum. Auxilium Christianorum.

Regina

OH
 40

Angelorum.

Huic Astra curvant poplites
Sol, Luna, Signa, Stellæ,
Huic Spiritus (quæ celsior
Choris stat Angelorum,)
Famulantur, & huic concinunt,
Regina nostra Salvæ.

36.

Regina Patriarcharum.

Regina: sic Abramidæ,
Avita Stirps Avorum,
Isacidæ, Jacobidæ
Propago sancta Neptem
Suam colunt, & Fliam
Proavi Patrum Parentes
(Decus suum) deprædicant
Gens sacra, Patriarchæ.

37.

Prophetarum. Apo-
stolorum. Martyrum.

Regina: Sic Te Numinis
Interpretes Prophetæ;
Mundi Bases Apostoli,
Sic Martyrum triumphis;
Sic Exedrae, sic Pulpita
Virtutis, & Magistri,
Sic Liliata Virginum,
Divûmque turba cantat.

38.

Confessorum.
Virginum.

Sic omnium præconio,
Cælestiûmque cultu,
Regina Cæli diceris,
Et Orbis Imperatrix,

Cui Regna, fasces, purpuræ,
Cui sceptræ, cui coronæ,
Omnisque vertex flectitur,
Cervixque subjugatur.

39.

Tantæ Parentis filius,
Et victima, & sacerdos,
Agnus ferens piacula,
Reique probra Mundi,
Parce Innocens, nocentibus,
Audique deprecantes.
Miserere Lacrimantium,
Fatentiumque culpas.

40.

Per Te Parens Clementiæ
Mitescit Ira Nati,
Patrisq; dextra vindicis
Ponet severa fulmen,
Suasque (Numen Charitas)
Orbi pluet favillas,
Ut vera MATER GRATIÆ
Sis omnibus MARIA.

Obfer-

SS. Omnium.

Agnus Dei qui tollis
peccata mundi.

parce nobis Domine,
Sec.

Observatio & Animadversio

In

LAURUM MARIANUM

De Lauro Arbore

JOACHIMUS CAMERARIUS

Med: CL. Symbolorum & Emblematum
Centuria I. Emblemate XXVII.

LEMMA

UNDIQUE TUTUS

*Gallus amans Lauri, vigili solem ore salutans
Sic à caelesti mens pia pendet ope.*

GAllus Gallinaceus, ales vigilantissimus, secun-
Lucretium *Auroram clara consuetus voce*
re, ad Laurum dicitur libenter advolare, ibique
sistere, quòd ea arbor (uti veteres crediderunt)
minis vi immunis esse existimetur, solèmq; intue-
ber, & absque solitudine, & insultu aliarum
cantando, sese eo in loco oblectare. Ad eundem
dum Pii continentur, & ubique divinæ Protectionis
se commendantes, & in unicum Dei æterni Provi-
tiam & auxilium intenti, vigilanter & alacriter
re suo ac officio fungi, nec rerum adversarum
tus, quantumvis horrendos extimescere debent.

RICHARDUS à S. LAURENTIO

de laudib' B. V. M. lib 12.

Aurus quæ dicitur à verbo laudis, quia antiqui-
tùs ex ea cum laudibus Victorum capita corona-
bantur; MARIA enim Propugnatorem nostrum ad
salvandum, scilicet Filium Dei, coronavit in Incarna-
tione, diademate gloriæ carnis. Cantic. 3. Egredimi-
ni Filix Sion, & videte Regem Salomonem in diade-
mate, quo coronavit eum Mater sua; nec solummo-
do Christum coronavit, imò & ipsa corona nostra est:
unde & dicitur ei: Isa. 62. Eris corona gloriæ in manu
Domini, & diadema regni in manu Dei tui. Sed ad
hoc legitimè certandum est & pugnandum, quia non
coronabitur, nisi legitimè certaverit.

JOACHIMUS CAMERARIUS

ibid. Emblem. XXXV.

LEMMA.

INTACTA VIRTUS.

*Sic illaesa malis constat pulcherrima Virtus,
Laurus ut est diris integra fulminibus.*

Laurum custodiæ quoque ac incolunitatis esse sym-
bolum ex Proclo tradit Pierius. Unde apud vete-
res tutelæ causâ, fata prope ædes, vel illis affixa fuit:
quod etiam Ovidius testatur cum dicit: *Postibus angu-
stis eadem fidissima Custos.* Eamque insuper non lædi à
fulmine, Plinio etiam adstipulante, *Vetustas credidit.*
Unde

Unde Tiberius Imperator Romanus, tempestates
 coruscationes nimium expavescens, cælo turbido
 ream sibi solitus est imponere. Herodianus quoque
 scribit. lib. 1. in maxima peste, consulentibus Mæc
 Commodum Imperatorem, ob copiam arborum
 rum in locum, cui nomen Lauretum, secessisse, quod
 beneficio harum arborum, se à contagio immu
 fore speraret.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

LEMMA.

Undique Virginea tutus in umbra,

Martius ut Lauri tutus sedet ales in Umbra

Laurea sic Tutum Virginis Umbra tegit.

Quisquis Deiparam Virginem, cum Richar
 S. Laurentio, arbori Lauro contulerit, na
 magnum in ejus gloriam encomium adjecerit;
 dem MARIA illa Laurus est primævi fulminis in
 varicatores Protoparentes nostros, & totum genti
 manum ob culpæ reatum, vibrati, libera & immu
 quam Spiritus sanctus in sacris litteris sub Alitis
 ne sæpius præsignatus, & in columbæ specie
 infedit, &, ut ait S. Anselmus. (a) Spiritus
super eam venit, & virtus Altissimi obumbravit

(a) S. Anselmus homil. sup. cap. 4. Luc. Intravit
 quoddam Castell. Antiphon. Eccl. in feriis Domini
 vent: Petr. Berchorius in Repertorio tit. Umbra

de eodem Spiritu sancto concepit, & peperit eum, qui
 Oriens lucis aeternae, & sol Iustitiae, qui venit & illu-
 minavit sedentes in tenebris. Umbram esse Solis Filiam,
 & Lucis comitem individuam, quae Praambulonem su-
 am sequitur, quocunque ierit, nemo est, qui nescit. Ve-
 rum ne tenebras & Umbram inter se nihil differre quis-
 piam autemet, Petrum Berchorium, in Repertorio, Tit:
 Umbra, differentem accipiat. Umbra, inquit, & tenebrae
 differunt: quia Umbra requirit luminis praesentiam, super
 aliquod corpus opacum cadentem. Tenebrae vero dicunt
 totalem luminis carentiam, aërem penitus occupantem.
 Quare Umbra, quantum ad suam similitudinariam appa-
 rentiam, & quantum ad suam virtutem & efficaciam,
 multa signat in scriptura: ac inter caetera divinam Prote-
 ctionem significat: Deus enim dicitur habere umbram, id
 est potentiam & virtutem. Umbra enim ex corpore resul-
 tat, & ultra corpus se extendit, & saepe accidit, quod um-
 bra videtur, dato quod corpus minimè videatur. Sic De-
 us umbram suae gratiae & potentiae longè, lateque diffun-
 dit, & quamvis persona non appareat, umbra tamen &
 resultatio suae potentiae, & bonitatis & clementiae omni-
 bus innotescit. (b) Sub ista umbra petebat reponi David,
 & à tribulationibus & tentationibus protegi & tueri di-
 cens: sub umbra alarum tuarum sperabo. Sed & super-
 nam absconsionem & divinam incarnationem significat.
 (c) Caro enim & Humanitas umbra sunt, in qua Deus fu-
 it absconditus, quando fuit in ventre matris incarnatus, &
 sed eius incarnatio obumbratio dicitur, sicut etiam Ange-
 lus testatur, Spiritus sanctus super-veniet in te, & Virtus
 altissimi obumbrabit tibi. (d) Ut sic de Deo Patre dicat

H

ipse

(b) Psal. 16, (c) Luc. 1, (d) Job. 27.

ipse Christus illud Isai. 49. Dominus ab utero vocatus
 sequitur: sub umbra manus suae abscondit me & c.
 custos fecit umbraculum. Habet & Mariana
 Umbram suam, habet Umbraculum teste docti
 Idiota, (e) quod Ecclesiae praeparavit Umbra re
 rans, quae virtus Altissimi obumbravit Maria
 per carnem ex ea assumptam. Est Maria Umbr
 lum confugientes ad se cum vero corde abscondens
 riosè & protegens, & securos faciens ab aestu libidinis
 & à turbine superbiae, & à pluvia avaritiae.
 Umbraculum meridiani, id est refugium contra
 persecutionis urentis & ferventis, sicut sol in mer
 urit & fervet, contra incentiva libidinis. Est
 braculum infirmorum, refrigerans umbra misericordiae
 quas reverberat sol radiis Justitiae. Est umbraculum
 peccatoris paenitentis, eidem ponens umbram suam,
 noctem in meridie, ut habitent apud eam fugitivi
 Dei timentes sententiam Judicis. (f) Atque
 asserente Idiota, refugium tutissimum peccatorum
 qua nullus, quantumvis magnus peccator despicitur
 nullus repulsam patitur, nisi ex voluntaria
 eam deserat & fugiat. Omnes peccatores ad se
 antes manu pia recipit, nec moram in hoc facit
 dilationem concedit, sed sinum misericordiae suae
 omnibus, omnibus exaudibilem aurem praebet.
 nempe Laurus frondosa MARIA, Arbor pulcherrima
 ma, sub qua refrigerari possumus ab incendio vitiorum
 quae animam nostram urunt, & inducunt ad Gehennam.

(e) Idiota de B. V. M. part. 3. contempl. 1. Ernest. Prag. in Mariali
 102. Richard. à S. Laur. de laud. B. V. M. lib. 2. Albert Mag.
 Misus cap. 160. Ernest. Prag. in Mariali cap. 39. (f) Idiota de B.
 part. 14. contemp. 49. (g) Adam. de Perf: serm: in Annunc: de
 M. Idem, Ibid.

perpetuam. Est Laurus, & Arbor, ad cuius umbram se
 quis confugiat, per diem sol non uret eum, neque luna per
 noctem. (b) Est Laurus & arbor, cuius umbra privi-
 legium gratiæ singularis, quod ei contulit obumbrans
 ipsi Altissimi Virtus. & plenitudine gratiæ cumulans
 mentem, & partu divino gravidans ventrem. (i) Est
 Arbor ramosa & frondosa, cuius pulcritudo delectabilis
 ad intuentium, umbra desiderabilis ad quiescendum, fru-
 ctus exoptabilis ad edendum. Est Arbor Umbrosa univer-
 sam occultans rationalem naturam, & omnem intelli-
 gibilem sublimitatem transgrediens, ex qua agricola ipse
 arcano modo, tanquam ex umbroso monte apparuit, &
 figuræ in Veritatis quietem cessare fecit, ejus fructus
 cum acceptus fuerit, immortalitatis esca evadit. Sub
 prælidio Umbræ hujus, hilaris exultat, sacroque ple-
 nus gaudio, ejusdem maternam protectionem, super
 omnia, quæ mentem humanam in hac vita beare pos-
 sunt, extollit & commendat, & quasi sui securus san-
 ctus (k) Bonaventura gloriatur, inquiens: Nunc ha-
 bitamus in adjutorio Matris Altissimi, in protectione
 ipsius commoramur, tanquam sub umbra alarum ejus;
 postmodum in consortio gloriæ ipsius, tanquam in si-
 nu ipsius confortabimur. Tunc erit vox una letantium
 & aggratulantium Matri; sicut letantium omnium
 nostrum habitatio est in te, sancta Dei Genitrix. Nul-
 lenus autem credideris majoris esse felicitatis & glo-
 riæ habitare in sinu Abrabæ, quàm in sinu MA-
 RIÆ, quum thronum suum in ea posuerit Rex Israël;

H 2

Ergo

(i) Richard. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 12. (i) Jacob. Mouach. in Ma-
 rti cap. 6. (k) S. Bonav. serm. 1. de Assump. B. V. M.

Ergo sub Umbram,

ET tuum præsidium confugimus sancta Dei Ge-
trix, nostras deprecationes ne despicias in ne-
cessitatibus nostris, sed à periculis cunctis libera nos sancta
Virgo gloriosa & benedicta, Domina nostra, Ma-
trix nostra, Advocata nostra, Tuo Filio nos recon-
tra, Tuo Filio nos commenda, Tuo Filio nos repræsenta

Huc Orbis Universi

Supremi Vertices,

Coronati Terræ Principes,

Reges, Cæsares, Monarchæ
Supplices adeste,

M A G N Æ

Cælestium, Terrestrium & Infernorum

R E G I N Æ,

Mancipes Regna, & Imperia
deponite.

C O R O N A S

Insignia Majestatis
submittite.

S C E P T R A

Instrumenta Justitiæ, & Clementiæ
porrigite,

P U R P U R A M

Decus Honoris & gloriæ
substernite.

T H R O N U M

Sedem Dignitatis, & Sapientiæ
concedite.

Magnum Nomen est *M A R I Æ,*

Magna ejus Dignitas ,
Magna Sublimitas :

Cui magna fecit ille, qui potens est ,
& sanctum Nomen ejus. *

Avitæ Stirpis Profapiam
requirat nemo :

Sanguinis Claritudinem
nemo scrutetur ,

Virtutis pretium & pulcritudinem
nemo desideret,

M A R I A

Præstat omnibus, claret omnibus: Quia quandam lon-
gævitas communionem ab eo trahit, qui ab æterno
tam ordinavit, & ex antiquis antequam terra fieret. (a)

Ab initio, & ante sæcula creavit illam (b)

Æterni Patris Filiam, (c)

Matrem Filii Dei, (d)

Sponsam Spiritus Sancti, (e)

Tabernaculum Sanctissimæ Trinitatis (f)

Quæ Gratiâ de Cælo plena,

Æterno Deo gravida,

Eum in Orbis salutem peperit,

Qui Verbo creavit omnia, (g)

In quo sunt omnia,

Per quem facta sunt omnia.

R E G I B U S T E R R Æ ,

H 3

Ad

* Luc. 1. (a) Prov. 8. (b) Eccl. 24. (c) Idiota de B.V.M. p. 14. contempl.
4. Bern. de Busto in Mariali serm. 2. de coronat. B.V.M. Robert. Bellar.
Cen. 3. Dom. 1. Adv. (d) D. Ephrem. serm. de margarita prec. S. Hieron.
contra Heivid. de perpet. virg. B.V.M. S. August. de Assumpt. Tom. 9.
de Edeton. serm. 6. de Assumpt. B.V.M. Dion. Carth. lib. 4. de laud.
B.V.M. art. 10. (f) S. Vinc. Ferr. serm. de Conc. B.V.M. Antonia. &c.
S. August. lib. confess. cap. 2.

Ad regnorum fastigia,
 Aut fortunæ faventis felicitas,
 Aut Majorum Nobilitas,
 Aut facultatum Potentia,
 Aut armorum necessitas,
 Aut Regum artifex Populus,
 Fortunatè, Gratosè, Liberaliter,
 Violenter, timidè, aut seditiosè
 gradum fecit.

H U I C

Jure Sanguinis, Nominis, & Numinis
 meritò debetur,

Tum quòd ex Regibus orta, quòd ex Semine Abrahæ,
 hæ, quòd Generosa ex stirpe David. (b)

Tum quòd Rex Regum, & Dominus Dominantium
 Cæli Terræque Reginam & Dominam, (c)

Matrem Filius
 Coronavit, fecitque,

Et posuit diadema Regni in capite ejus, diadema inimitabile,
 diadema tam delectabile, diadema mirabile,
 quòd hoc omni linguæ inenarrabile, omnique ingenio
 inscrutabile, (k)

Ut esset

In Cælis Regina Sanctorum,

In Terris Regina Regnorum,

Quandoquidem est Mater Regis coronati, quem constituit
 Dominus super opera manuum suarum, ac postea
 inde Regina constituta totum jure Filii possidet

R E G N U M, (l)

(b) S. Bern. serm: sup: sign: Mag. (c) Epiphani: Chrysol. Eucher. in
 scen apud Canis, lib. de Deip. V. cap. 1. fol. 3. (k) S. Bonav. in spec
 Jer: 6. circa finem. (l) Ruperti. in Canc: cap. 4.

Adeoque Mater JESU CHRISTI, hæreditario jure
omnium, quæ sunt infra Deum, habens Regale Domini-
um, & inclytum obtinens Principatum: (m.

In Hæreditate Domini moratur: (n.

In omni populo, & in omni gente primatum
habet: (o.

Per Eam Reges regnant, & Legum conditores ju-
sta decernunt: (p.

Per Eam Principes imperant, & potentes decernunt
Iusticiam. (q.

Quia Domina Mundi, (r.

Domina Regum, (s.

Domina Universæ Creaturæ, post filium suum, adeò, ut
ad ejus quoque Nomen se inflectat omne genu Cælesti-
um, Terrestrialium, atq; Infernorum. (t.

Domina rerum, Imperium cum Filio commune
obtinens (u.

Domina, cujus beneficiis plenus est Mundus. (x

Domina Serenissima (y

Stellis duodecim coronata: (z

CORONÆ COMES Sceptrum est,

Nemo coronatus, sine Sceptro imperat.

Quod malus in Navi, hoc in Regno sceptrum est,

Ab illo dependet Salus navigantium,

ab hoc Subditorum:

atque hinc

Regiam M A R I Æ Coronam,

Stellis duodecim radiantem,

duode-

Bern. Senen: Tom. 1. serm. 61. qui est super admirabili gratia & glo-
ria B. V. Matris Dei, (n Eccl: 24 (o Ibid. sp Prov. 8. (q Ibid. (r Jo-
h. Tauler, serm. 2. in Annunc. B. V. M. (s S. Ildes: serm: 4. de Aff:
B. V. M. (t Lud: Blof: in Endologia 2. ad B. V. M. (u Lud: Blof: ibid.
D. Ansel: in orat: ad B. V. M. (y Dion. Cart. lib. 1. art. 28. de laud. Virg:
Apoc. 12.

duodecim Odis metricis,
cultam,

Quantum pro ingenii tenuitate licuit, elaborat
Nunc verò

Augustum Regio - Marianum Sceptrum,
Stellæ Coronæ Socium,
tot pretiosis lapidibus & Unionibus exornatum,
quot magnis titulis & Nominibus,
Litaniarum Marianarum panegyricis decoratum,
Victrice Lauro lemniscatum,
Sancta Mater celebrat, & veneratur Ecclesia,

Pari Pietatis affectu,
studio, & subiectione colere
præsumpsi.


Ut hoc tenui laboris mei impendio
Augustissimæ Dominæ meæ,
Illiusque Coronæ, & Sceptro,
Potentiæ, & Clementiæ,
Pietati, & Misericordiæ,
totum me

[cujus Maternâ gratiâ & beneficio,
in numerum Filiorum Dei,
& in Societatem Filii ejus JESU CHRISTI
indignissimus Peccator
adlectus sum]


meaque omnia eidem
vivens debere fatear,
& moriens contestor.

Fave Dei, Magnæque Matris honoris
studiosissime, meique Benevole
Lector: & Vale.

F I N I S.




OP
46



OP
46







Th
2947

OW
40